



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini
Nostri Iesv Christi Passione**

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

Qvarta Consideratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49474)

CONSIDERATIO
QUARTA,

DE HIS QUAE CHRISTVS
SERVATOR NOSTER IN
honore passus est.

Honor ab
omnibus
maximi
aestimatur.

MAGNA est estimatio
qua homines pendunt
honorem; quem adeo quae-
runt & sanctum habent,
ut in summis bonis pe-
nant, de quo non ineleganter S. Tho-
mas Doctor Angelicus, locum illum
Pauli Apostoli intelligit. Si cognov-
issent, nunquam Dominum gloria
crucifixissent: ut haec illorum Apostoli
verborum sit sententia: naturalem
petitum, & innatam inclinationem
qua unusquisque ad honorem & glo-
riam fertur, adeo vehementem esse,
etiam tortores & crucifixo-
res Christi quamuis flagrantissima sanguinis eius
innocentissimi effundendi cupiditate
tenerentur, si cognitum habuissent, illu-
lum esse supremum Dominum & pre-
mum

1. Cor. 2.

nam scaturiginem totius gloriae, à quo
omnis honor & gloria dependet, nunquam illum in crucem acturi fuissent.

Christus est
fons hono-
ris & glo-
riae.

Quoniam quanto maior est honoris
aestimatio, tanto acerbius percipit quis-
que, si in illo offendatur. Hinc enim est
quod nonnulli vitam amittere, quam
honoris vel minimam iacturam per-
peti maluerunt. Nemo autem fuit ne-
que futurus est, qui iniurias huic ad-
eozelotypæ parti illatas, perfectius sen-
tire potuerit, quam Christus Servator
noster, quia uti sanctus Bernardus re-
cte ait. Ille solus erat irrisui, qui solus
poterat esse terrori, solus horro-
ribu debuerat.

Serm. 28. in
Cant.

Præterea si multò acerbior ac mole-
stior esse solet aduersitas, quando illam
antecessit magna felicitas: Christus
præ cæteris hominibus maxime debuit
honoris iniuriam acerbius percepisse,
qui paulò ante quàm contumeliarum
Passionis suæ pelagus ingrederetur, cum
urbem Hierosolymitanam trium-
phanti similis intraret, summo ho-
nore à populo Iudaico affectus fuerat;
cunctis acclamantibus. Hosanna: be-

Ioan. 12.

X nedi-

Serm. 2. in
ramis pal-
mar.

nedictus qui venit in nomine Do-
mini, Rex Israel. Vnde idem san-
ctus Bernardus alibi ait. Sed qui
fuit quod processionem habere vo-
luit, qui mox futuram nouam
Passionem: fortè, vt maior esse
Passio, quam processio praece-
set.

Quæ cum ita sese habeant, omittens
nobis non est, pœnarum, quas Creatura
hac in parte à creaturis sustinuit, con-
sideratio.

Et quanquam in expensione tormen-
torum & iniuriarum quæ Christo
Seruator noster in sacratissimo cor-
pore suo tolerauit, harum contumeliam
rum grauitas aliqua ex parte expre-
ta fuerit, cum eiusmodi sint Chri-
sti tormenta, vt vnum sine altero
possit explicari: nihilominus in
consideratione specialius, distinctius
& accuratius eadem examinabimus
& perpendemus. Et sanè si Spiritus
sanctus in diuinis literis non raro spe-
cialem harum iniuriarum mentionem
facit: Vt apud Matthæum. Et tra-
dent eum gentibus ad illudendum.

Matth. 10.

Et

CONSIDERATIO IV. 319

Et in Ieremia. Factus sum in deri- Thren. 3.
sum omni populo, canticum eo-
rum tota die. *Et rursus.* Factus Jerem. 20.
sum in derisum tota die, omnes
subsannant me. *Et in Psalmis:* Di- Psal. 34.
latauerunt super me os suum, di-
xerunt, euge, euge, viderunt o-
culi nostri. *Et in Isaia.* Accedite Isai. 57.
huc filij auguratricis: semeni adul-
teri & fornicarię; super quem lu-
sistis? super quem dilatastis os, &
eiecistis linguam? *Si inquam, mul-*
tis præterea alijs in locis harum in-
iuriarum speciatim meminit, non abs-
re erit, si nos quoque easdem diligen-
ter ponderemus, & pio cum affe-
ctu singulatim contem-
plemur.

✠ 2

DE

DE CONTVMELIIS ET INIVRIIS, QUAE

Christus accepit & sensit ex Iuda
traditione.

CAPVT I.

Christus à
multis tra-
ditus fuit.



ARIIS modis & variis
in fines Christus Libe-
tor noster à diuersis
ditus fuit.

1.

Primum, DEVS Patris
nostrę redemptione
sa permisit filium suum

tradi, imo certo quodam modo tradidit
eum hostium suorum potestati, iuxta
Iud S. Pauli. *Proprio filio non pepercit, sed
nobis omnibus tradidit illum.*

Rom. 8.

2.

Secundò, ipse Christus semetipsum
pro nostri amore ad necem obtulit, quemad-
modum idem Apostolus testatur dicens
*Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum
nobis oblationem & hostiam DEO in odorem
suauitatis.*

Ephes. 5.

3.

Tertiò, Iudas Iscariotes tradidit eum Pri-
ncipibus Sacerdotum, Matthæo affirmat
& dicente: *Quid vultis mihi dare & ego
vobis tradam.*

Matth. 26.

4.

Quartò, traditus fuit à Iudæis, & Pontifici
Pilato

CONSIDERATIO IV. 321

Pilato præfidi oblatu: *Si hic non esset malefactor, non tibi tradidissimus eum.* Ioan. 18.

Quintò, Diabolus quoq; suam in hac traditione partem habuit, Ioanne Euāgelista dicente. *Cum diabolus misisset in cor, ut traderet eum Iudas.* Idem 13.

Denique Pilatus tradidit eum manibus & potestati eorum, qui insatiabili crucifigendi, & sanguinis eius effundendi cupiditate ardebant, uti S. Lucas ait. *I E S U M verò tradidit voluntati eorum.* Luc. 23.

Cum ergo Christus tot modis traditus fuerit, nos, primo & secūdo traditionis genere omisso, quandoquidē nullā adiunctā habent contumeliā siue iniuriā, sed immensum potius amorē: nam à flagrāti, quo nos cōplectabatur amore profectū fuit, quod DEVS Pater vnigenū filiū suū, & Christus semetipsum in mortē, pro humani generis salute tradiderit: de turpi & contumeliosa Iudæ, pditione, qua diaboli, Iudæorū & Pilati traditiones cōprehenduntur, agemus.

CONSIDERA ergo, Christiane Lector, in hac Iudæ traditione, quam ingētes Christus per eam acceperit iniurias, quātamque contumeliam perpessus fuerit.

PRIMUM, quia cum esset ipsa puritas, sanctitas, & innocentia, Petro dicente. *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* Iudas hac traditione eum infamabat, I. Quia per illam infamabatur. 1 Pet. 2.

X 3 velu-

veluti hominē sceleratū, & multorum criminū reū, quēadmodū postea Iudæi quocumque mendaciter & impiè apud Pilatum præcedem ei obiecerunt: *Si hic non esset maledictor, non tibi tradidissimus eum.*

II.

Quia ab homine multis beneficijs ornato profecta.

Matth. 26.

III.

Quia tradidit illum in manus hostium.

Genes. 37.

SECUNDO, quod cum Iudas innumeris, non vulgaribus ab eo decoratus esset beneficijs, utpote à quo rerū supernarū, humani intellectus capacitatē excedētium, notis illustratus, atque in nouissima cœna non modo lotus, verū etiā pretiosissimo corpore & sanguine suo refectus fuerat, ideoque diligatissimus esset tā dilecto magistro amico gratiā referre: nihilo secius eū viderit, & tradiderit eū traditione ignominiosa in manus hostiū eius. Hęc sanè fuit ingratitude & iniuria quædā adeo intolerabilis, ut propterea, quādo Christus servator discipulis suis eā manifestavit, dicens: *nus vestrū me traditurus est.* exorta fuerit inter illos maxima perturbatio, existimantibus cunctis nimis horrendum ac detestabile esse, ei, à quo tot beneficijs affecti fuerant, hanc iniuriam irrogare.

TERTIO, quod tradēdo eū, non tradiderit in manus illorū qui aliqua ipsius commiseratione tacti, paulò mitiores in eū futurū essent, quemadmodum fecerūt fratres Iosephi, qui vendiderunt illū, ut ab interitu sine nece immunē seruarent: sed tradidit illum in manus hostium eius, quos nouerat tunc propter

propter immane odiū, q̄ in eū cōceperāt, tū propter sitim flagrantissimam, qua sanguinē illius sitiebāt, omnibus supplicijs & tormentis, omniq̄ genere crudelitatis in eum defæuituros esse: idq̄ue eò amplius, quò potentiores erant, puta Principes Iudaicæ gentis, qui propter æqualem potentiam summæ malitiæ coniunctam, poterant illum immanissimè tractare.

QVARTO fuit hæc Iudæ traditio, supra modum Christo cōtumeliosa. propter scādālū, q̄ nō pauci de ipso sumere poterant: & infamiā, qua doctrina, prudentia & sanctitas ipsius p̄ hoc notabatur, eo q̄ talē discipulū educasset, qui ad extremū in latronē, proditorē, ac desperatū hominē desijisset: imo p̄ hāc traditionē certo quodā modo sacrosanctū Apostolici ordinis collegiū maculabatur, ad quē ordinē spectabat, totius virtutis & sãctimoniæ speculū se exhibere; nā ex illo, velut è seminario quodam proditari erant, innumeri Pastores, Pontifices & Doctores, à quibus vniuersi terrarum orbis cōuersio dependebat. Quapropter pessimo Iudæ exemplo, toto huic collegio nō leuis ignominie nota inurebatur, quoniā cogitari poterat, reliquos Apostolos ei similes esse. Quod ad maiorē Christi cōtumeliam redundabat: solent enim propter militum transgressiones, Capitanei:

IV.
Propter scādālū.

V.

Quia Iudas
spontanea
voluntate
illum tra-
didit.

Matth. 26.

Serm. 9. de
Pass. Dom.

Quam gran-
de malum
sit auaritia.
1. Tim. 6.

Serm. 9. de
Pass. Dom.

Conditio-
nes auari-
tia.

I.

& propter malam discipulorum conuer-
sationem magistri vt plurimum culpam

QVINTO, quia ad perficiendam hanc
traditionem nullius precibus, blanditijs, aut
fraudulenta persuasione inductus fuit, sed
spontanea voluntate illam suscepit, inimico
Christi prior ipse adiit, operamque suam ad
illius traditionem spontaneus obtulit, re-
cens: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tra-*

dam? Quod eo amplius aggrauat iniuriam
cum pateat eum non ignorantia, precibus
aut, vti more ad scelus hoc perpetrandum
impulsu fuisse, sed summa malitia & auari-
tia, vt propterea S. Leo Papa recte dicitur
Impius Iudas maluit minister esse diaboli, quam
Apostolus Christi, quam non timoris perturba-
tione deseruit, sed pecunia cupiditate distra-
Et alibi de Iuda, hæc habet verba. *Inobro-*
tus veneno, dum sitit lucrum Dominum vendi-
amanti pecuniam vilis est omnis affectio.

Ex quo cõijci potest, quod grande malum sit
auaritia, & quam recte Apostolus eam omni-
vitiõrum scaturiginem nominet. *Radix omni-*
malorum est cupiditas. Et S. Leo Papa dicitur
Nullum esse in illo corde iustitia vestigium, in
quo sibi auaritia fecit habitaculum.

Vbi CONSIDERA auaritiã radici cõpara-
ri. Primò, quia quẽadmodum p radicẽ arbor
terrã inhæret, atque ab illa humorẽ accipit
ita anima per cupiditatẽ rebus terrenis in-

fixa
nutri
per
s
nas
tas
qui
est
nar
reru
dici
7
lula
ex v
ram
in a
in r
mal
uar
mal
lius
fior
tia
ori
id i
ait
xer
mo
Ini
&

fixa est: & quæadmodum arbor per radicem nutritur ab humido terræ; ita cor hominis per cupiditatem terreno lucro pascitur.

Secundò: quia sicut radix, terræ in qua nascitur qualitatem participat; ita cupiditas cordis quod occupat conditionem sequitur: nam propterea in diuersis diuersa est: efficit namque ut auarus rerum terrenarum: superbus dominiorum, curiosus rerum vanarum cupidus sit. Idem esto iudicium de alijs.

Tertiò: quia sicut radix diuersarum pullulationum siue germinum causa est, nam ex virtute radice progeminant truncus, rami, frondus, flores, & fructus; quoniam in arbore nihil est, quod prius non fuerit in radice. Simili quoque modo nullum est malum quod non pullulet ab insatiabili auaritia, iuxta illud Apostoli: *Radix omnium malorum est cupiditas.* In quæ verba S. Basilii ait: cupiditatem esse matrem transgressionis, caput iniquitatis, ductricem malitiæ, virtutum deprædatricem, seditionum originem, & scandalorum foueam. Neque id immeritò: nam hæc, uti S. Innocentius ait, *sacrilegia committit & furta, rapinas exercet & pradas; bella gerit & homicidia; Simoniaca vendit & emit; Iniquè petit & recipit; Iniuste negotiatur & fœneratur; Instat dolis & imminet fraudibus; dissoluit pactum, &*

2.

3.

1. Tim. 6.
S. Basilium.

S. Innoc. lib.
2. de cont.
mundica. 2.

326 DE PASS. HONOR. SALV.
violat iuramentum; corrumpit testimonium
peruertit iudicium. Heu Iuda: tune Christi
vendis? Ah, in quam horrendum crimen
te precipitas.

VI.

Quia in e-
mentium
arbitrio
pretium re-
liquit.

Math. 26.

Lib. 4. com-
mēt. in Matt.
cap. 24.

VII.

Propter pre-
tij vilitatē.

Sexto considera, vnam ex maioribus
contumelijs Christo irrogatis esse Iudæ tra-
ditionem: quoniam hac traditione ac tra-
ditione demonstrauit Iudas se nihili ar-
bitrari Christum personam, quandoquidem
in Iudæorum, iuratissimorum Christianis-
simorum, arbitrio reliquit, pretium quod
pro scelere hoc perficiendo poscebat
dicens: *Quid vultis mihi dare, & ego eum
tradam.* adeo vt, S. Hieronymo attestante,
Christus non tantum vt seruus, verum etiam
vt seruorum vilissimus ac mediocri-
orum aliquis venditus fuerit. *Quasi vile
quod, tradens mancipium, in potestate empta
posuit, quantum vellent dare.* Inauditum atque
insolitum est, à venditore, pretium rei vendite
de, in emptoris voluntate constitui, nisi for-
sititan sit res admodum vilis, & contemptibilis
digna: solus Iudas adeo parumpendit Ma-
gistrum suum, & maximum huius mundi
thesaurum, vt liberum relinquat emptori-
bus, dent, quantum eis collibitum fuerit.
Septimo perpende tecum ingentem
fuisse iniuriam & contumeliam quam Chris-
tus accepit, non modò quod ita venditus
esset, sed etiam quod adeo vili pretio, ve-
potest

pote summam triginta denariorum non excedente: de quo, velut de re supra modū ignominiosa, per Prophetam cōqueritur, dicens: *Appenderunt mercedem meam triginta argenteos.* Fuit autē talis iniuria hęc Christo illata, vt DEVS per Amos prophetam, illis qui eam perpetrarunt, his verbis cōminetur. *Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eum, eò quod vendiderit argento iustum, & pauperem pro calceamentis.* id est, vti explicat Rupertus Abbas. Non dimittā populo Israeli peccatū, quod designarunt in venditione iusti, pro argento, & pauperis pro calceamētis, i. pro adeo vili pretio, ac si esset calceamentū: vbi per pauperē Christus intelligendus est.

Zach. 11.

Amos 2.

Rupertus.

VIII.

OCTAVO reuolue tecum, quantoperē Christi animum afflixerit hoc genus ignominia, quia vti S. Ioānes Euāg. narrat, manifestaturus discipulis suis hanc traditionē & venditionem turbatus est. *Et turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: vnus ex vobis me tradet.* quo declarauit summā afflictionem quā huius iniuriæ memoria ei adferebat. Eandem quoque per Regium Prophetam Dauidē his verbis patefecit, inquiens. *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique: & si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo: tu verò homo vnanimis, dux me⁹ & not⁹ meus,*

Quantoperē afflixerit Christi animum huius venditionis iniuria. Ioan. 13.

Psal. 54.

meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu. Ex quibus verbis euidenter satis colligitur, acerbissimum fuisse doloris sensum, quæ Christus percepit ex traditione & venditione Discipuli, familiaris & domestici sui, cum quo eadem mensa usus fuerat.

9.
Venditio
Christi à
Prophetis
prædicta
fuit.
Zach. 11.

NONO acerbissimam fuisse Christo iniuriam, & summæ afflictionis, patet ex illis Zachariæ Prophetæ verbis, ubi Spiritus sanctus iubet pretium triginta denariorum, quibus Dominus venditus fuerat, proijci ad statuarium. *Et dixit Dominus ad me: projice illud ad statuarium, decorum pretii quo appretiatu sunt ab eis: & tuli triginta argenteos, & proieci illos in domum Domini ad statuarium.* Vbi S. Hieronymus & alij aiunt, idcirco imperatum fuisse prophetæ, ut proijceret pretium hoc ad pedes DEI, quod illic significantur per nomē statuarij: quod solus DEVS, qui sacratissimum IESU Christi corpus formauerat, animam illius conseruauerat, & infinitis gratiarum donis exornauerat, probè nouerat & iudicare poterat, quanti æstimandus esset, & ex conuenienti qualis & quam magna esset iniuria ei facta, quod tam vili pretio venditus fuisset.

10.
Quia eum
DECIMO considera hac Iudæ traditione nouam quandam iniuriam, contumeliam

CONSIDERATIO IV. 329

liam & ignominiam, nunquam ante audita, fuisse Christo illatam : non enim legimus in diuinis literis, quempiam iustum & innocentem denarijs venditum aut emptum fuisse, vt immanibus supplicijs excarnificatus, interimeretur. Fuit quidem Ioseph à fratribus veditus Madianitis, veruntamen nõ ad necem, sed ad seruitium. Simili modo superbus & impius Aman fecit, vt regio edicto, omnes Iudæi vno tempore trucidari iuberentur, pro quo decem millia talentorum ei pollicebatur : *Si tibi placet, decerne vt pareant, & decem millia talentorum appendam arcarijs gaza tua.* At Rex neque pro argento populum vendidit, neque Aman eo, quod Rex gratis concesserat, gaudere potuit. Soli Sancto Sanctorum contumelia hæc irrogata fuit: sola vita illa diuina coempta fuit, non vt viuës mortuos viuificaret: sed necem crudelissimam subiret.

VNDECIMO perpède tecū, tanto grauiorem fuisse hanc traditionem, tantoque maiorem cruciatum & ignominiam Christo attulisse, quantò perfecta fuit per osculum, animo duplici & fraudulento: vidente videlicet Iuda signo amoris pro instrumento circumventionis: quod osculū multò acerbius trāsfixit & vulnerauit cor Christi, quam si fuissent millenæ sagittæ:

vti

esset innocēs, fuit veditus ad necem.

Gen. 37.

Heft. 3.

XI.

Quia traditio per osculum perfecta fuit.

vti notat S. Leo Papa, dicens: *Seniore oscu-*
bus telis osculo. Quo in facto verificatur
 figura illa, quam in libris Regum
 scriptam legimus, de Ioab militiae Dauid
 regis praefecto, qui Amasae obuiam venit
 salutauit eum dicens: *Salue mi frater*. Mo-
 vna manu apprehendit mentum illius, et
 luti osculaturus eum: altera vero gladius
 per latus eius transegit, atque interemit
 eum. Ita quoque miser & infamis Iuda
 Christo obuiam procedens, salutauit eum
 dicens: *Aue Rabbi*, deinde osculatus illum
 tradidit eum in manus hostium eius
 trucidaretur: quam audaciam & impu-
 tiam Dominus ei impropere ait, *Iuda
 osculo filium hominis tradis*: quod perinde
 ac si dixisset: Iuda hancine a te gratiam
 promerui, quando curuatis coram te genu-
 bus, pedes tuos laui, teque pretioso corpo-
 ris & sanguinis mei pabulo refeci? Itaque
 tam flocci me aestimas, ut etiam me hosti-
 bus meis iuratissimis, vilissimo pretio tra-
 dideris ac vendideris? Impie, mendax,
 fraudulentè Iuda, itane in his interroga-
 tionibus & salutationibus vitae, mortis quae-
 dam procurationem includis? & Magistri
 appellas, cuius non modo discipulus esse
 detrectas, verum etiam odio capitali pro-
 sequeris, & tradis? Et verbulo *Aue* ad tra-
 ditionem veteris, quo Angelus Gabriel ad
 salu-

Ser. de pas.

2. Reg. 20.

*Figura oscu-
li Iudz.*

Matth. 26.

Luc. 22.

Luc. 22.

CONSIDERATIO IV. 331

salutem totius mundi inchoandam vsus fuit, quando Virginem salutauit?

Osculum peruersum ac veneno plenum, quoniam ex signo amoris, factum est signum & instrumentum odij.

CONSIDERA fidelis anima, quam multis Christus eadem hæc verba tacite impropere. *Osculo filium hominis tradis:* Lac. 22. omnibus videlicet qui post expertam illius bonitatem & clementiam, post degustatam, infinitam eius dulcedinem ac suauitatem, nihilo secius eum turpiter mundo, carni ac diabolo, pro vilissimo sensualis voluptatis pretio, tradere ac vendere non cessant. Caue ne tu quoque illis annumereris.

EXPENDE præterea ex alia parte, quomodo Christus mansuetissimus omnibus hisce iniurijs & cõtumelijs grauissimis nihil commoueatur, nec contra Iudã traditorem ira excãdescat, sed benignè ac suauiter illũ suscipiat dicẽs: *Amice ad quid venisti?* Amor Christi erga Iudã traditorem. Matt. 26.

Ex quibus verbis patet Christum audita Iudæ voce, & percepta illius salutatione, *Aue rabbi,* totum intrinsecus amore liquefactum fuisse: multò amplius, quam mater vocem filij percipiens: nam carũ habebat Iudam, quamuis ab illo traditus esset, ac proinde amicum nominat: quo verbo demonstrat, se paratissimum ac promptissimum esse, ad omnem pœnam, ab illo ei com-

comparatam, sine vlllo animi mœrore
reluctatione subeundam, ideoque oſci
traditoris non recusauit, cum oſculari
ferè sit quod acceptare.

Isai. 7.

Vbi **CONSIDERA**, quam benè de Chri-
sto dixerit Propheta *Isaias*: *Butyrum & mel
comedet, vt sciat reprobare malum & diligere
bonum.* Cum enim duo in hac Iudæ tra-
ditione reperirentur: amaritudo videlicet
mnum pœnarum Passiõnis, quæ ex
traditione proficiscebantur: & ingrati-
do Iudæ, quæ vindictam & castigationem
merebatur: Christus quoniam butyrum
& mel, benignitatis & charitatis man-
cârat, elegit sibi pœnas atque tormen-
ta Passiõnis, veluti meritoria & satisfactoria
pro nobis, amplectendo ea veluti falci-
lum myrrhæ: repulit autem atque reiecit
à se omnem odij & vltionis affectum, quæ
Iudæ traditio iustè promerebatur: & pro
his malis, reddidit ei bona, benignis
verbis alloquens, & considerans in ver-
itate Iudæ, quibus tradebatur, absôſos esse
mensos nostræ redemptionis thesauros:
deoquæ libenter illum audiuit, & huma-
niter excipiens, amicum appellauit.

Christus
reddidit Iu-
dæ bona
pro malis.

Non ergo intuitus est Seruator noster
in Iuda, malitiam & impietate eius, sed
morem quo illum complectebatur, & gratia
tuarum dona, quibus nunc ornauerat. *Al-*
proi-

proinde dulcissimis ac māsuetissimis eum verbis compellans, amicum nominat: quod verbum sufficere potuisset, ad cor ipsius totum liquefaciendum, & (si voluisset, nec se indignum reddidisset) ad subiiciendum se tantæ bonitati atque clementiæ.

CONSIDERA adhæc paulisper verba illa: *Ad quid venisti.* quæ hanc habent sententiam: Iuda si probè tibi cognitum esset, quid ageres, non aduenisses, tanta cum rabie & ferocitate, ad me tradendum: ego enim tecum sentio: & multo ardētius mortem subire desidero, quā tu mihi eam inferre: ideoque suscipio illā veluti beneficium singulare, ab amico charissimo mihi præstitum. Tu venisti vt cum odio necem mihi procurares: ego verò illam cū amore amplector. Redi igitur ad te ipsum deferendo amaritudinem odij, & amplectēdo dulcedinem amoris mei, quia ostium gratiæ meæ, tibi adhuc apertum est, si resipueris: & paratus sum te suscipere, si vero cum dolore, & lapsus tui pœnitentia ad me reuersus fueris.

Matt. 26.

Ad extremum CONSIDERA, quam rectè Christus de fraudulento Iudæ osculo dicere potuerit, verba illa sponsæ in Canticis Canticorum: *Osculetur me osculo oris sui.* Quamquam enim osculum, quod

XII.

Cant. 1.

Y

spon-

sponsa ardentibus votis exoptabat, esse
 osculum gaudij & pacis, hoc verò trilitis
 & odij: attamen in osculo Iudæ non tam
 Christus ponderabat odium, quo cum os-
 culum fixerat, quam ea, quæ in osculo
 inclusa erant. Namque cum ei ineffent
 omnia Passionis suæ tormenta, quæ semper
 ardentissimè desiderauerat, libens gau-
 illud suscepit: magnificans & ostendens
 eo immensitatem amoris sui, qui fecerat
 ut passionem, & tormenta huic osculo in-
 pressa, vehementer sitiret, eisque seles-
 plere cuperet. Quare quemadmodum ma-
 ter filium osculatur, etiamsi eum irata
 videat: ita Christus Iudæ osculum non
 fuit, quanquam illum contra se irata
 crudelitè efferbuisset animaduertens:
 benignè illum suscepit, quia vidit huic
 osculo infinitos amoris sui thesauros in-
 clusos esse; nam ab illo profectura erat, con-
 uersio gentilium; fortitudo martyrii
 gratiæ & dona Spiritus sancti, & beatus
 cœlestis.

Ex hac benignitate, qua Christus Lib-
 rator noster Iudam suscepit, & osculo
 adeò fraudulentum, atque impurum non
 recusauit, magnam concipies, anima
 lis, spem de diuina misericordia, depol-
 omni scrupulo diffidentia: quia si tam be-
 nignus & affabilis fuit erga traditorem
 quæ

*In osculo
 Iudæ conclu-
 si sunt ingen-
 tes thesauri
 amoris Chri-
 sti.*

SALV.
abat, esse
dò trilitra
non tan
uo cum
osculo b
inellena
uæ semp
ens gau
tendens
ui fecer
osculo b
ue sese
odum
m irat
m non
ra se in
erteret
it huic
ros in
erat, cu
artyru
beatit
stus Lib
osculu
urum
nima f
depo
si tam
itor f
quali

CONSIDERATIO IV. 339

qualis erit erga te, si toto corde illi seruire studueris. Verùm caue tibi, ne fictè cum Christo agas, & in peccatis perseuerare cogites, quia sic seueram illius animaduersionem cum Iuda non effugies. Quando peccatum aliquod mortiferum delignas, Christum tradis: ille autem osculatur te: quia dum sanitatem & opes tibi impartitur, quasi osculum tibi præbet: at tu ijs malè vtendo, & ad offensam illius conuertendo, tradis illum: ideoque grauissimam mereris castigationem. Resipisce igitur, & age pœnitentiã, atque ad Dominum toto animo conuertere.

DE INIURIIS ET CONTVMELIIS
*quas Christus in captiuitate
sua perpessus
est.*

CAPVT II.

POTERAT Christus in crudelissima hac comprehensione iure ac meritò sibi vsurpare, illa sponsæ verba: *Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem; percusserunt me & vulnerauerunt me:* quia ferocissimi illi custodes Iudæorum, qui assiduas eï insidias, ad illam vsque horam tetenderant, abierunt

Y 2 non

non modò ad comprehendendum illum
verum etiam ad lacerandum, ferendum
& rabiem suam in illo exaturandam.

Quãta cum
solicitudi-
ne anima
debeat
Christum
quætere.

Quamobrem operæ pretium erit,
spõsa amatissimi Christi sui præsentia
pida, mūdanic cogitationib⁹ valere in
omni sui ipsius affectu despoliata, in
amorosæ venatricis currat ad compre-
dēdū sponsum suum; ad contemplandū
illum in specie lachrymabili; ad ample-
dum & stringendum eum validissimis
moris vinculis, atque secum retinendū
ad sponsæ similitudinem; quæ refer-
quomodo illum quæsiuerit, ait. *Inno-*
runt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem: u-
quem diligit anima mea uidisti? paululum
pertransissem eos, inueni quæ diligit anima
tenui eum nec dimittam.

Cant. 3.

In hac ergo Christi captiuitate, dili-
ter expendenda veniunt iniuriæ dedecus
& contumeliæ, quas per illam Christi
sensit & accepit.

I.
Prima iniu-
ria quam
Christus in
captiuitate
sua susti-
nuit.

PRIMUM considera ingētem contum-
liam & iniuriam, quæ hac comprehen-
sione illata fuit sacræ Christi libertati (cui
modo Angeli & elementa, verum etiam
Imperatores & Reges cum vniuersis ma-
di huius creaturis subiecti sunt) vtpote
collatum fuerat à Patre perfectissimum
absolutissimum totius vniuersi domi-
nium.

nium, sicut ipse testatur dicens: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Hanc *Matt. 28.* autem libertatem quæ plurimi æstimatur ab hominibus, comprehensus, voluit occultare, quasi ea quodammodo priuatus esset, dum se hostium suorum potestati totum permisit: sicque passus est nostra causa, ea in re, quæ non modo non erat inferior vita, sanguine, & lachrymis, quas pro nobis effudit, verum etiam maior & excellentior.

SECUNDO expende tecum, quid donauerit Christus pro te, cū caperetur ac vinciretur, qualiq; thesauro spontanea voluntate renūciauerit, suspendit. n. sanctissimā libertatem suam, & passus est se ab efferis militibus & sathanæ ministris illa iniuriosissimè despoliari; dum permisit se ab eis vinculis ligari, ignominiosè abduci, & in manus gentium tradi, vt illusus ac multis iniurijs, contumelijs atque supplicijs affectus demum in crucem ageretur: sicut dudum ante præfiguratum fuerat in Samsonne, quem captiuatum & vinctum Iudæi tradiderunt manibus Philistæorum.

II.
Quid Christus in captiuitate sua pro nobis donauerit.

Samson figura fuit Christi.

Porro aduerte quibus ingens hic thesaurus libertatis Christi donatus fuerit: nimirum Pilato & Iudæis hostibus eius iuratissimis. *Iudic. 15.*

Creaturarū
compassio
propter
Christi ca-
ptiuitatē, &
iniurias.

Vbi CONSIDERA, quod omnes pro-
culdubio creaturæ pro illius tutela & de-
fensione arma sumpsissent, si permittit
illis fuisset: sed Christus id haudquaquam
passus est, qui voluit eas quietas esse, & de-
centes intueri lachrymabile passionis
spectaculum: quæ tamen ad extremum
cum Creatoris sui iniurias & supplicia
immanissima ultra sustinere nequiret
doloris sui manifestum dederunt in-
dicium, & quantoperè Christo Domino
compateretur, Sol, Luna, Stellæ, Terra,
teraque elementa obscuratione & con-
fusione insolita demonstrarunt,

III.

TERTIO reuolue tecum, quomodo
deiecerit se Christus pro tui amore. E-
nim si magnum fuit, quod omnes
creaturas subiecerit: multò certè ma-
iorem extitit, quod libertatem suam hominibus
sceleratis submiserit, potestatemque
omnia quæcunque vellent in se desig-
nati donauerit. *Et fecerunt in eum quæcunque
voluerunt.*

Amor facit
vt Christus
comprehē-
deretur.

ADVERTE hic, quantum potest
Christi erga nos amor, qui effecit vt
velut alter Samson fuerit manus
vinciri, capillos fortitudinis suæ de-
trahi, seque in manus Philistæorum tra-
hatur, vt, Dalilæ suæ, id est, naturæ huma-
næ gratum faceret obsequium, Si enim

mor iste, facultatem hanc Iudæis non tribuisset, nunquam illum apprehendere valuissent. Hinc disce anima pia, temetipsum libertate tua voluntariè spoliare, vt DEO ad exemplum Christi, eam confere res.

QUARTO considera ingentem iniuriam Christi Domini & Seruatoris nostri brachijs illatam, quod adeo ignominiosè vincula eis iniecta fuerint: quæ nimirum brachia in diuinis literis per antonomasiam sæpenumerò DEI brachia appellantur, quemadmodum ipse Christus quoque eodem nomine insignitur:

apud Isaiam. *Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est.* *Isai. 53.*

Fuit ergo summa Christo iniuria & contumelia, quod potentes illæ manus & brachia, vinculis colligata extiterint, vt patet ex ijs, quæ Dauid in laudem Abner amici sui decantauit, inter cuius præconia id quoque tanquam præclarum & insigne attulit, quod manus illius vincitæ non fuerint, dicens. *Nequaquam vt mori solent ignaui, mortuus est abner: manus tua ligatæ non sunt, & pedes tui non sunt compedibus aggrauari.* Valdè namque turpe & ignominiosum erat, hoc pacto vincitum atque

IV.
Secunda iniuria, quod vinculis cōstrictus fuerit.

2. Reg. 3.

constrictum catenis siue restibus montem obire.

V.

Quantum
dolorem
Christo at-
tulerit, ig-
nominiosa
hæc captivi-
tas.

Matth. 26.

QUINTO expende tecum, quantum in nimo Christi tormentum & afflictionem attulerit hæc contumelia, quod ab hostibus suis ita ignominiosè comprehensus & vinc-tus fuisset, ut patet ex verbis illis quibus nos teste Matthæo Evangelista testatus est, dicens: *Tanquam ad latronem es-tis cum gladijs & fustibus comprehendis me.* Eo enim cum tumultu & apparatu adorti sunt eum, quasi latronem aliquem omnibus scelerum maculis notatissimum comprehensuri essent: quæ iniuria eo insignis fuit, ut, cum alias quamplurimas silentio præterisset, hanc vehementer exaggerauerit, atque de illa doleat conquestus fuerit, eò quod cum certum illis esset eum apprehendere, multò facilius in sacra æde, ubi totos dies populum salutari doctrina imbuebat, perficere potuissent, quemadmodum eis obiicit dicens. *Quotidie eram apud vos docens in templo, & me non tenuistis.* Quæ sunt verba magnam in se habent emphasim, & non modò huius iniuriæ acerbiter, verum etiam dolorem ex ea perceptum ostendunt. Vnde Sanctus Leo captivitate huius historiam atque dedecus describens ait. *Irruerunt in lumen verum*

Ibid.

filij tenebrarum, & vrentes faculis atque lanternis, non euaserunt infidelitatis suae noctem, quia non intellexerunt lucis auctorem: occupant paratum teneri, & trahunt volentem trahi, qui si vellet obniti, nihil quidem in iniuriam eius impia manus possent.

POTEST quoque grauitas harum iniuriarum ex nonnullis circumstantijs, quæ interuenerunt considerari. Quarum *Prima sit*: quod armatarum cohortium antesignanus & ductor esset Iudas, paulò ante discipulus, tum verò traditor: Nam sicut insignis fuit contumelia, quod ab illo venditus ac traditus fuisset, ita non minor extitit, quod se ducem eorum, qui prope- rabant ad comprehendendum IESVM constituerit: quibus etiam signum quo ab alijs dignosceretur, dedit: & diligenter de tota ratione illum constringendi & cautè ducendi infor- *it*: dicens; *Quemcunque* Marc. 14. *osculatus fuero, ipse est, timete eum & ducite cautè.* Quæ verba non poterant non esse Christo molestissima & contumeliosissima, cum in illis magistrum suum uti hominem sceleratum, vaftrum & animi duplicis calumniari atque traducere videretur, cum ait. *Ducite cautè.*

Secunda fuit, quod hæc iniuria in conspectu atque præsentia multorum ei irrogata fuerit. *Ecce Iudas vnus de duodecim venit, &*

Circumstantiæ aggrauantes Christi captiuitatē.

1.

2.

Matth. 26. Marc. 14.

nit, & cum eo turba multa. non modo plebea, verum etiam nobilis, quia praefecti fuerunt, Tribuni atque praefecti, praedij Pilati, nec non & alij ex aulicis eius atque ex domesticis Pontificum Antiochani Cayphae, & aliorum magistratum: *Quibus horis ergo & tribunus, & ministri iudeorum comprehenderunt IESUM, & ligauerunt eum*

Ioan. 18.

3.

*Tertia fuit, quoniam in eo comprehendendo, & vinculis constringendo magnum adhibuerunt violentiam, concurrentibus ad hoc cum ingenti strepitu hominibus clamoratis, à quibus vinctus & ligatus fuit Christus instar latronis: qua in re adimpletum fuit in Christo, quod S. Iob dudum antea dixerat. *Conclusit me DEVS apud iniquorum manibus impiorum me tradidit, circumdedit me lanceis suis, & quae sequuntur. Nec tantum vis ei illata fuit, respectu hominum amentorum ac truculentorum, verum etiam respectu modi, quo vsi fuerunt in illo comprehendendo, & instrumentorum, quibus circumdeditur: nam vti S. Bernardus ait, praefecti funes validissimos catenam ferream circumdedit & corpori eius circumiecerunt.**

Iob 16.

S. Bernard.

4.

Matt. 26.

Quarta fuit, fuga discipulorum, qui eum relictis, eum relinquentes relicto eo fugerunt: quae fuga in magnum quoque ignominiam redundabat, quoniam fugiendo & eum solum inter carnifices relinquendo, videbantur tacite consentire

ALV. CONSIDERATIO IV. 343

que innuere illum esse criminis alicuius reum, cuius nollent esse participes: quem admodum S. Petrus postea quoque demonstrauit, quando interrogatus an esset Christi discipulus, tertio negauit, additis etiam iuramentis & execrationibus.

VERVM ex altera parte CONSIDERA, quod quamuis Christus Liberator noster, comprehensus & victus, videretur suspensus, & semetipsum spoliasse libertate sua: nihilominus tum vel maxime vniuersi Dominum se ostenderit: quia humilitate sua tantopere cor paternum penetrauit atque commouit, & tantum apud illum potuit, vt per eam totius mundi dominium acquisierit, Apostolo attestante & dicente.

Propter quod & DEVS exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

Per illam commota fuerunt viscera paterna, vt in nos omnium gratiarum abundantiam effunderet: huic mors, infernus, peccatum, atque tota mundi vniuersitas se subiecit, Vt, quemadmodum idem Apostolus subiungit: *in nomine IESV omne genu flectatur caelestium terrestrium & infernorum.*

SECUNDO, demonstrauit quoque Christus dominium & libertatem suam, in eo, quod cum probe cognita haberet, omnia quae sibi euentura erant, non expectauerit, quousque Iudas caeterique ministri, ad se

1.
Christus captiuitate sua acquisiuit dominium vniuersi.

Phil. 2.

Ibidem.

2.
Christus inamicis suis obuiam procedens magnum ostendit dominium.

com-

comprehendendum accederent; sed facti animo illis obuiam processerit, quemadmodum idem Euangelista Ioannes testatur, inquit. *Sciens itaque IESVS omnia qua ventura erant super eam, processit & dixit eis. Quem queritis? Ego sum.* Quo verbo, *sum*, tantam ostendit potentiam atque dominium, ut omnes retrorsum abeuntes terram velut exanimes, vnus supra aliorum corruerent. *Et ceciderunt omnes retrorsum.*

Ioan. 18.

3.
Christo ministris precipiens, ne quenquam discipulorum suorum contingerent, magnam ostendit libertatem.
Ioan. 18.
Aug. tract. 112. in Ioan.
Chr. yf. hom. 82 in Ioan.

TERTIO, in eo quod ministris pietatis praecepit ne quenquam ex suis discipulis contingerent, sed liberos abirent: dicens eis. *Si me queritis, sinite abire.* Vbi SS. Augustinus & Chrysostomus aiunt, virtute horum verborum ostentum fuisse ut Iudaei nemini discipulorum eius manus iniicere ausi fuerint, ne sancto Petro quidem, qui solus resistendo, & ex seruis acrius instanti aurem amputando, non parum illos prouocauerat: quoniam nonnulli miraculis, quae tum fecit Christus annumerari posse ac debere affirmant.

In hoc igitur facto manifeste cernitur ingens libertas & dominium Christi in omnes suas creaturas, nec non pastoralis prouidentia, quam de seruis suis gerit, recte notat sanctus Augustinus dicens

Tract. 112. in Ioan.

Ostendit quam curam salutis eorum omni tempore habuit.

CONSIDERA adhæc, Christum voluisse adeo contumeliosè apprehendi, & manus suas sanctissimas ligari atque constringi, vt satisfaceret pro peccato Adami, qui manus suas nimis licenter ad pomum mandatiq[ue] diuini transgressionem extenderat: Christus ergo vt pro effræni hac *Genes. 3.* libertate satisfaceret, ita contumeliosè comprehendi & vinciri se passus est.

Præterea iacebat genus humanum in carceratum, ac validissimis scelerum suorum nexibus colligatum: voluit igitur Dominus captiuari, vt illud à captiuitate hac absolueret, & dura atque immania illa vincula dulcedinis & charitatis commutaret, vt per Oseam Prophetam futurum prædixerat. *In funiculis Adam traham eos, in Ose. II. vinculis charitatis.*

VERVM considera hic paulisper anima fidelis, quomodo fieri possit, vt Dominus in throno excelsæ gloriæ ad dexteram Patris sui modo residens, tui obliuiscatur, teq[ue] non defendat ac tueatur: qui in tormentis, vinculis & captiuitate sua, discipulorum, à quibus desertus fuerat, oblitus non fuit: imo pro te & illis asperimè & contumeliosissimè stringi atque ligari se passus est.

Veni

Causæ cō-
prehensio-
nis Christi.

Genes. 3.

Ose. II.

Veni igitur & adora summam illam Christi derelictionem, & solitudinem quando à discipulis desertus fuit, qui periculum cernentes, fuga arrepta, reliquerunt eum in manibus Iudæorum. O crudelissima, Christus est in captiuitate, & tu non visitas? non consolaris? non vincula eius soluis, peccatorum tuorum vincula quæ illum ligarunt dirumpendo? Ofende sancta hæc vincula, à quibus tot gratia & fauores accepisti.

DE CONTUMELIIS ET INIURijs, quas Christus in domo Cayphæ perpeffus est.

CAPVT III:

POSTEA QVAM Christus in domo Seruator comprehensus & ligatus fuit, fuit à turbis infernalibus ad domum Cayphæ perductus: quo conuenerunt omnes Sacerdotes, scribæ & seniores consilij, vt illum de suis discipulis, atque doctrina examinarent, & falsa testimonia contra ipsum comparata & excogitata dicerent. Et verò quanquam S. Ioannes Euangelista dicere videatur, primū hoc examen, in domo Annæ quo primum ductus fuit, institutum fuisse, Christumq; ibi colloquium ab vno ministrorum accepisse, nihilominus omnia hæc in domo Cayphæ

Primū Christi examē in domo Cayphæ factum fuit.

IOAN. 18.

perfecta fuisse, euidenter probant Ioannes *In Ioan.*
Maldonatus, Cardinalis Toletus, & alij.

Hoc præsupposito, in præsentî capite
agemus de iniurijs & contumelijs Chri-
sto illatis in domo Cayphæ, non modò
sapientiæ & doctrinæ illius, verumetiam
bonæ famæ, dum permisit se haberi ac re-
putari pro homine improbo & scelerato,
ac propterea colaphos & sputa patienter
excepit, faciemque suam sanctissimam
summa cum confusione atque ludibrio
velari passus est.

PRIMò igitur CONSIDERA, quam *Sublimitas
doctrinæ
Christi.*
alta & sublimis fuerit sapientia & doctrina
quam Christus mundo prædicauit: quam
potens & efficax fuerit idem Christus in
explicandis & demonstrandis quæ vole-
bat: quia loquebatur, *Marc. 1.*
tanquam potestatem habes; quam denique eadē doctrina stabi-
lis, segura & infirma fuerit, vtpote tot mi-
raculis, & tali vitæ sanctimonia confirma-
ta: vt propterea multò celebrior fuerit,
quam doctrinā omnium Patriarcharum
& Prophetarum.

Hanc doctrinam adeo singularem,
permisit Christus infamari, quia pu-
blicè fuit accusatus, vt homo legi Mo-
saicæ aduersans, vt blasphemus, vt se-
ductor populi, & sceleratæ doctrinæ in-
uentor. Nec tamen miraculo aliquo ca-
lum-

lumniam hanc repressit, sed omnem virtutem & potentiam suam suspendit: quamuis veritatem non celet, sed patet affirmet se esse Dei filium: attamen illa sit simplex narratio, nullius miraculi perpetrato, & rationum adductis roborata, effecit, vt maiori apud Iudeos infamia laboraret, atque aduersarios suorum furorē aduersum se amplius prouocaret.

Christus publice & magnanimitate examinatus fuit.

Vbi **CONSIDERA** totum hoc processum factum fuisse, summa cum solemnitate coram tribunali septuaginta duorum, quod *Sanedrin* appellabatur, & sacrum erat, institutumque à Deo per Moysen: cuius officium erat examinare, approbare vel reprobare, omnia ad Religionem pertinentia; & videre quando uisus aliquis Propheta emergebat, an doctrina illius bona & recipienda foret, an non.

Cum igitur Christus coram hoc tribunali interrogatus esset de discipulis & doctrina, à summo Sacerdote, vti Euangelista affirmat. *Pontifex ergo interrogauit eum de discipulis & doctrina eius: quis potest explicare & verbis consequi inuentiones quas ibi sustinuit; insignemque illam contumeliam, quam accepit, quando perdidit doctrinam suam tam ingens factus nauis*

Ioan. 18.

naufragium, vt à toto illo impio concilia-
bulo reprobaretur, & velut falsa, hæretica,
& legi Mosaicæ contraria condemnare-
tur: idque non sine graui multorum scan-
dalo: eo quod non tantum in doctrina sua
vehementissimè fuisset infamatus, verum
etiam in persona multis alijs insolitis iniu-
rijs & calumnijs oneratus. Quas, vt pius
Lector Domino & Redemptori suo me-
lius compati valeat, quoad fieri potest di-
stinctè & singulatim declarabimus.

CONSIDERA igitur primam iniu-
riam in hoc examine comprehensam &
Christo irrogatam hanc fuisse, vt Bea-
tus Cyrillus ait, quod examine, & inter-
rogationibus suis coegerint Dominum ea
dicere & confiteri, quæ credere nolebant:
quod idem erat ac si vellent eum habe-
ri pro mendace. Idem, teste Cyrillo, Chri-
stus innuere voluit quando ait. *Quid me
interrogas? quasi diceret. Qui iam me de-
decorastis quantum in vobis est, si vera dicam,
mentiri me clamabitur: alios ergo de me inter-
roga.*

I.
Prima iniu-
ria quod p
médoci ha-
bitus fuerit.
Lib. 11. in Io-
an. cap. 45.

Cyrrill. ale-
xand. in Io-
an. cap. 18.

SECUNDA iniuria est, quod cum ra-
tionem ab illo de discipulis suis exposce-
rent, tractauerint illum vt seductorem &
subornatorem populi, quæ erat iniuria &
contumelia maxima. Quod autem pro ta-
li habitus & tractatus fuerit Christus, in-
dicat

II.
Secunda in-
iuria, quod
pro seducto-
re populi
habitus fue-
rit.

Z

Ioan. 18.

dicat responsio quam dedit eis dicens. *Et palam locutus sum mundo, & in occultis locutus sum nihil. Quia responsione voluit quoque Pontifici & assistentibus eius*

Isai. 45.

memoriam reducere, quod ante de prophetauerat Isaias. *Non in absconditis locutus sum, in loco terra tenebroso. ut nimirum intelligerent, eum in quem sperabant, aduenisse, ideoque pessime illos*

Lib. 11. in Ioan. cap. 44.

feruat sanctus Cyrillus inquit. *Commodè autem in memoriam reducit prophetam ut discerent, impiè se facere, quem venturum sperabant, postquam venit, tanquam sceleratum ac seditiosum conuenire.*

III.

Tertia iniuria ob productionem falsorum testium. *Matth. 26.*

TERTIA iniuria fuit, productio falsorum testium contra Christum, facta Pontifice & vniuerso concilio, ut maleficerent illius innocentiam, & impietatem suam palliarent. *Princeps autem sacerdotum & omne consilium querebant falsum testimonium aduersus IESVM, ut eum traderent. Hic tecum paulisper ratiocinare Christiane Lector, & considera calumnias & iniurias Christo ab hisce falsis testibus irrogatas, qui multa & varia mendaciter illi obijciebant: alijs dicentibus*

Ioan. 16.

Non est hic homo à DEO qui sabbatum non custodit. nonnullis: Amicus est publicanus

Matth. 9.

SALV.
 CONSIDERATIO IV. 351

norum & peccatorum, cum quibus manducat & bibit: alijs: Hunc inuenimus sub-
 uertentem gentem nostram. Alijs: In Beel-
 zebub principe demoniorum eijcit demonia.
 Nonnullis: Nos audiimus eum dicentem,
 ego dissoluam templum hoc manufactum, &
 post triduum aliud non manufactum adifica-
 bo. Cum igitur CHRISTVS Ser-
 uator noster à tot falsis testibus mendaci-
 ter accusaretur, cogita quantam illius in-
 nocentia ex eo iniuriam & infamiam ac-
 ceperit.

Luc. 23.
 Matth. 12.
 Luc. 11.
 Marc. 3.
 Marc. 14.
 Matth. 23.

CONSIDERA præterea summè at-
 etiam & aggrauatam fuisse hanc iniuriam,
 ex eo, quod Pontifex & consilium cum
 non ignorarent, testes falsos esse, ideo-
 que ad officium illorum pertineret, ma-
 nifestare Christi innocentiam, & testium
 falsitatem: ipsi contrarium egerint, &
 non modo scienter illos admiserint, ve-
 rumetiam pro veracibus & fide dignis ac-
 ceperint & approbauerint: hanc verò au-
 thoritatem tribuit Pontifex hisce testi-
 monijs, quando ait. *Nihil respondes ad ea,*
quæ isti aduersum testificantur: quod idem
 est ac si dixisset. Nos iudicamus illorum
 testimonia vera esse, & omnia quæ aduer-
 sum te protulerunt, à veritate non abhor-
 rere, & tamen nihil te excusas, nihil ad

Matth. 26.

Z 2 tui

352 DE PASS. HONOR. SALV.
tui defensionem proferis? non veniam potestulas? non te submittis?

IV.
Quarta iniuria, quod pro blasphemo habitus fuerit.

QVARTA iniuria fuit, quod Christus reputatus & infamatus fuerit, vt blasphemus: quæ contumelia atque infamia tam maior extitit, quantò Pontifex ipse, cui maior fides adhibebatur, illius fuit inuictor & publicator. Tacebat Christus rursus fuetissimè ad omnes iniurias quærimoniae & mendaces accusationes, à consilio & falsis testibus productas, & sacro quodam silentio, sanctimoniam & innocentiam suam demonstrabat, non adducens aliquid quippiam ad sui defensionem, præterquam ipsos accusatores suos, verificans quod olim per Dauidem Prophetam prædixerat.

Psal. 26. *Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentis est iniquitas sibi:* quia tam manifesta erat illorum falsitas, vt ipsimet illam testificarentur:

Marc. 14. *Et conuenientia testimonia non erant.* Quamobrem Pontifex aliam viam ingressus, adiurat eum vt palam fateatur, an Deus filius sit: idque non vt ei crederetur, sed vt veluti blasphemus condemnaretur, & propterea veritatem audiens, confestim

Matth. 26. *vestimenta discidit & ait. Blasphemus quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam? quid vobis visurum?*

Ex quibus verbis & actu, euidenter facta

CONSIDERATIO IV. 353

satis animaduerti potest grauitas huius iniuriæ, quandoquidem non contentus publicasse hanc infamiam & sacrilegium, voluit eam insuper ad maiorem Christi ignominiam, ab omnibus qui in consilio erant approbari, cum ait. *Quid vobis videtur*, qui partim ob summam malitiam, partim ne gratia Principis exciderent, *Omnes condemnauerunt eum esse reum mortis.* Marc. 14.

Ex vestimentorum quoque scissione patet iniuriam hanc fuisse grauissimam, cum apud Hebræos id fieri non soleret, nisi quando insignem aliquam blasphemiam aut scelus audiebant, quemadmodum ex plurimis sacrarum literarum locis colligi potest: quanquam summo sacerdote, omnino id prohibitum erat, ut ex Leuitico patet, ubi sic legimus: *Vestimenta sua non dirumpet.* Leuit. 21.

Cæterum, uti notat Venerabilis Beada, non intellexit iniquus hic Pontifex, quid hoc facto suo prophetaret: nimirum, quod ipse & populus Iudaicus, amissuri essent Sacerdotium, & omnia bona quæ habebant: hæc enim vestimentorum scissio indicio erat, abolendam esse dignitatem Sacerdotalem, quemadmodum sanctus Leo Papa testatur dicens. *Cayphas autem ad exaggerandam auditi sermonis in-* Quid scissio vestimentorum Pontificis significet. Serm. 6. de Pass.

nis inuidiam, scidit vestimenta sua, & sciens quid hac significaret insania, sacerdoti se honore priuauit.

Ex his iniurijs atque contumelijs Christo irrogatis, clarè satis patet, quanto perè is offensus & inhonoratus fuerit coram hoc tribunali non modo in doctrina; verumetiam in re multò excellentiori, in fama videlicet, & honore quia cum doctrina alicuius sola contemnitur & deridetur, modò is pro homine probo habeatur, non est magna illi infamia: at si homo improbus & sceleratus simul reputetur, id verò dedecus maximum est, & ignominia non vulgaris.

Hac autem infamia Christus in presentia Cayphæ se notari passus est: qui non recusauit pro seductore, rebelly, blasphemo, scelerato ac mendace haberi & accusari.

Quis verò non vehementer miretur & obstupescat, videns eum qui adoratur ab Angelis, à virtutibus cœlestibus glorificatur, in cuius conspectu potestates contremiscunt, quem cœlum & terra reformidant, ab hominibus iniurijs & contumelijs affici, atque à vilissimis mediastinis despici & conculcari? Et quod

quod magis mirandum est, non modò
 verbis contumeliosis onerari, verum-
 etiam factis multò peioribus: fuit enim
 conspuationibus deformatus, alapis cæ-
 sus, facie velatus, & à tortoribus mi-
 rum in modum illusus, qui alapis eum
 cædentes ac irridentes dicebant. *Pro- Luc. 23.*
phetiza, quis est, qui te percussit? Inter quas
 contumelias & iniurias.

CONSIDERA speciatim alapam
 illam violentam, à quodam ministro-
 rum ei impactam, quæ QUINTAM
 constituit iniuriam, quam CHRIS-
 TUS in domo Cayphæ accepit: ea-
 que iniuria omnino talis fuit, vt fan-
 ctus Ioannes Chrysoftomus illam secum
 expendens, hoc pacto exclamet: *Exhor-*
rescat calum, contremiscat terra, de Chri-
sti patientia, & seruatorum impudentia.

V.
 Quinta ini-
 iuria fuit
 colaphus
 Christo in
 Cayphæ do-
 mo inflictus.
 S. Ioannes
 Chrysost.

Nescio quomodo immensa Christi
 potentia, quando brachium illud ad
 percussionem eleuari conspiciata est, non
 effecit, vt extemplo arefceret atque in
 cinerem redigeretur. Nulla profectò
 alia, nisi infinita CHRISTI po-
 tentia, potuisset hanc tantam iniuriam
 sustinere. Voluit autem CHRIS-
 TUS incredibili hac tolerantia in-
 struere nos, per patientiam vinci
 Z 4 mun-

*Tract. 113. in
Ioan.*

mundum, & de illo triumphum referri, quemadmodum S. Augustinus ait.

Ioan. 18.

CONSIDERA præterea, quam grauis, & dolorifica fuerit Christo hæc iniuria, ex verbis quibus percussorem ætius est dicens: *Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem benè, quid me cadis?* in alijs namque ieiunijs silentium tenuit, in hac verò sola magnum dolorem ostendit.

CONSIDERA ad hæc maximi cruciatus fuisse Christo hæc iniuriam, et quod illi facta esset, non modò in plurimorum conspectu atque præsentia, sed ab eo, cui ut sanctus Chrysostomus vult aurem à sancto Petro amputatam restituerat: verùm etiam quod viderat eam sibi illatam esse ad adulandum Pontifici, qui, cum ex officio seuerè animaduertere debuisset in huiusmodi ausus, in præsentia illius perpetratos, nihilominus silenter transijt enorme hoc scelus, nec vllum verbulum contra protulit.

Alapa Christo in facta fuit contra omnè equitatem.

Fuit etiam iniuria hæc grauissima, eò quod facta fuisset contra omnem equitatem & iustitiam, sicut recentiorum Doctorum quidam piè contemplatur, dicens. *Vincto enim, qui se*

osci non poterat, parcendum erat etiã peccan-
ti; & in iudicio permittitur reo pro se lo-
qui: habetque hoc etiam apud gentes iudicialis
aquitas, vt facinorosus iam comprehensus &
vinctus, nulla iniuria aut pœna afficiatur, nisi
sententia secundum leges à iudicibus iuratis
lata.

SEXTA iniuria fuit, faciei consputatio:
quæ apud Hebræos inter maximè iniurio-
sa & contumeliosa numerabatur, vt Ni-
colaus Lyranus his verbis affirmat. *Expuc-
runt in faciem eius, tanquam in hominem pesti-
ferum, & dignum morte: mos enim erat Iudæo-
rum super tales spuerè in contemptum.* Cæterũ
quia maior pars harum iniuriarum & cõ-
tumeliarum in veneranda & sacrosancta
Christi Seruatoris nostri facie perfecta
fuit, vt sceleris huius enormitas pateat.

CONSIDERA faciei huius qualitatem:
quæ in diuinis literis sæpenumerò appel-
latur DEI facies: quoniam in multis ea-
rundem locis vbi diuinæ faciei mentio fit,
per illam Christus, & sacer vultus eius in-
telligitur. Sic namque exponunt diuinorũ
librorum commentatores locum illũ Da-
uidis. *Misericordia & veritas præcedent faciẽ
tuam.* vbi per faciem intelligunt Christum
Dominum. Et locum illum Malachiæ. *Ec-
ce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viã
ante faciem meam: quo in loco DEVS Pater*
Z 5 loqui-

Alphonsus
Salm. tract.
20. in Euãg.
hiss. tom. 10.

VI.

Sexta iniu-
ria est, fa-
ciei Christi
cõsputatio.
In cap. 26.
Matth.

Facies Chri-
sti appella-
tur facies
Dei.

Psal. 88.
S. Hierom.
Malach. 3.
Galat. 1. 3 de
arcanis ca-
tholice veri-
tatis cap. 12.

loquitur, & Ioannem præcurforem Angelum, Christum verò faciem suam appellat.

Rabbi Moses.

Hinc est, sicut grauíssimi quidam doctores volunt, quod antiqui Patres, quando DEVM ardentibus votis atque suspiriis rogabant, vt Messiam mitteret, non alio nomine illum nuncupauerint, quam DEI faciem: sic namque appellat eum David

Psal 79.

verbis: *Domine DEVS virtutum conuenos, & ostende faciem & salui erimus.* Vbi per faciem intelligendus est Messias. Et in libr. Numerorum, in benedictione illa qua Sacerdotes populo Israelitico iuxta Dominicam iussionem benedicebant dice-

Num. 6.

tur. *Ostendat Dominus faciem suam tibi, & conuerseat tui: conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem.* Qua benedictionis forma clarum est, illos postulasse aduentum Messiae, qui per DEI faciem intelligebatur, & veram pacem mundo allaturus erat.

Antiquis temporibus valde cõtumeliosum fuit spueri in facie alienius.

CONSIDERA igitur, si Christus DEI facies eius, vt demonstratum est, DEI facies appellatur, facies, inquam, ab Angelis in cælo summa semper in ueneratione habita, & adorata, atque vniuersis creaturis metuenda & formidabilis: expende inquam, quam grauis & sacrilega fuerit iniuria: hanc faciem immundis sputis detur-

CONSIDERATIO IV. 359

defædare. Idque eò amplius, quanto actus hic, non nostris modò, sed illis etiam temporibus erat contumeliosior, vti suprà dictū est, & colligi potest ex quâ plurimis sacrarū literarū locis, vt ex illo Numer. vbi DEVS de quadam, quæ contra Moysen murmurauerat, & pœnitentiam agere debebat, loquens ait: *Si pater eius spuisset in faciem illius, nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi.* Ex quo manifestè cernitur, quam esset grauis iniuria, quæ digna erat tali rubore ac verecundia. Idem ex Deuteronomio, & alijs locis conijci potest.

Num. 12.

Deut. 25.

Erat præterea grauissima iniuria, in faciem alicuius spueri: propterea quod consputatio illa indicio esset reijci, horreri, & reprobari personam illam, cui contumelia hæc irrogabatur. Simili modo, vti Rupertus Abbas testatur, quando tortores illi venerandam Christi Seruatoris faciem consputarunt, lapidem illum, qui postea in Ecclesiæ fundamento collocatus fuit, reprobarunt, iuxta illud. *Lapidem quē reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli.* Nam vt idem S. Doctor ait: *quomodo magis quæ consuendo quippiã reprobamus.* CONSIDERA hic Christiane Lector, an nõ fuerit grãdis iniuria deridere ac reprobare salutē mundi, Vnigenitū æterni Patris, delitias

Spuere in faciem alicuius est illum reprobare.

Rupertus Abbas.

Luc. 20. Psal. 117.

Prophetia
de Christi
cōspirationi-
bus.

Isa. 50.

Iob. 30.

Li. 4. de ve-
ra sap. ca. 18.
Sybillarū de
ijsdem pra-
dictiones.

Quantum
dolorem

EXPENDE præterea, fuisse tam atrocem
hanc iniuriam, vt non modò tanquam ad-
miracione dignissimam, verum etiam
ma compassione, voluerit eam DEVS
ciatim à Prophetis prædici: vt ab Isaia: *Fa-
ciem meam non auerti ab increpantibus & in-
spuentibus in me:* vel quod Hebræo cõ-
munius est. *Faciem meam non auerti ab igno-
rantibus.* Et à B. Iob. *Faciem meam conspuere non
verentur.*

Neque tantum à prophetis antiquis
gis, verum etiam vt refert Lactantius
mianus à Sybillis, quæ fuerunt lux cæca
tilitatis, quæ specialem horum sputorum
& aliarum iniuriarum, quibus ingrata
gens Saluatorem mundi oneratura
mentionem faciunt: nam in octauo oraculo
lorum ipsorum libro hos versus legitur
*In iniquorum manus & infidelium postea venient
Dabunt & alapas manibus incastis
Ad virosa genas præbebit sputa pudentes
Verberibusque sacrum tradet profcindere tibi*

Et lib. primo eorundem oraculorum
sequentes versus scriptos reliquerunt.
*Impinget colaphos vitiosaque sputa scelestis
Israel labijs.* Et quæ sequuntur.

CONSIDERA adhæc quanti doloris
cruciatus fuerit Christo hæc consputatio
& con-

CONSIDERATIO IV. 361

& contumelia, ex verbis quæ in persona illius Propheta David ait: *Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei mee cooperuit me:* quod perinde est ac si dixisset. Cōtemptus, quo cum inimici mei me tractant, & iniuriæ quas mihi inferunt, omni tempore ante oculos mihi obuersantur, meque rubore ac verecundia complent: quod est certum indicium acerbi doloris.

Iam quis non miretur & obstupescat, cernens, quomodo scelerati Iudæi non vereantur venerandam & diuinam illam faciem sputis deformare, quam patres eorū summis votis aspicere desiderauerant, quemadmodum ipse Dominus quodam in loco eis improperat, dicens. *Multi Reges & Propheta voluerunt videre quæ vos videtis: Abraham exultauit vt videret diem meum. vidit, & gausus est.* Neque id immeritò: illa enim est, quæ DEVM nobis reddit propitiū: nam propterea Regius Propheta dicebat. *Protector noster aspice DEVS, & respice in faciem Christi tui.* spernēs indubitāter, DEVM respiciendo in faciem Christi, nobis beneuolum futurum atque propitium.

Et tamen illi adeò impij & scelerati erant, vt sacrilegis oribus suis & pestilentibus sputis, auderent contumelia afficere, & defædare illum tantoperè desideratum & exoptatum vultum: quo apertè satis de-

Christus
hauerit ex
ignominia
cōspuatio-
nis iux.
Psal. 43.

Malignitas
Iudæorū in
conspuenda
Christi fa-
cie.

Luc. 10.
Ioan. 8.

Facies Chri-
sti DEVM
nobis red-
dit propi-
tium.
Psal. 3.

clarabant se esse filios adulterinos, & velti aridos truncos in radice abscissos, quemadmodum latè fuseque ostendit S. Bernard. in sermone super illis Caticis vobis. *Ficus protulit grossos suos.*

Cant. 2.

Mali christiani conspuunt faciē Christi, primo malis cogitationibus.

In cap. 14. Matth.

PORRÒ considera, non modò Iudeos in Christi faciem spuuisse, verum etiā multos malos Christianos maiori cum lububrio & ignominia modò in faciem illius expuere. Nam vti S. Hieronymus ait: *Faciem Christi conspuunt, qui conscientiam suam fœdant cogitationibus, & prauis actionibus polluant: quia enim Christus conscientiam sancti inhabitat, in qua DEI facies est: hinc est, quod qui conscientiam suam peccatis polluit, quasi spiritum in Christi faciem conspuunt.*

Secundò murmurationibus & blasphemijs.

In cap. 26. Matth.

Tertiò iniustitia & persecutio iustorū.

Illi præterea, dicente Rabano, in faciem Christi expuunt, qui presentiam gratia eius execrandis verbis, ex interna caca mētis insanis conceptis, id est, blasphemijs, murmurationibus & alijs similibus respuunt.

Adhæc, vti S. Gregorius Papa testatur. *In faciem Christi conspuunt, qui iustos & sanctos in presenti vita confutant, & in eorum contumelias, fluxa verba, quasi fluentes salinas mittunt.*

VII.

Septima iniuria oculorū velatio.

Marc. 14.

SEPTIMA iniuria Christo in Caiphas domo illata, fuit oculorū obuelatio: vti S. Euangelista Marcus affirmat: quæ fuit contemptus maximus & inexplicabilis,

tum quia hoc pacto demonstrabant, se existimare, Christi scientiam ulterius non extendi, quam ad ea, quæ oculis cernebat: nam deridentes prophetias eius, urgebant ut vaticinaretur à quo cæsus esset, certò existimantes, illum id nescire. Et tamè verù est, quod Eccles. de hisce oculis dicit. *Omnia videt oculus eius.* Etenim oculus eius ad eò acutus & penetrans est, ut in omnibus rebus etiam occultissima quæque pervideat: tum quia hac ratione, uti S. Bernard. advertit, Maiestatem aspectus & oculorù eius occultare voluerunt, ne per illam retraherentur ab eo deridendo, & ignominijs afficiendo.

Eccles. 22.

CONSIDERA VERÒ hîc ingentem horù ministrorum infernalium cæcitatem, qui præsentem habentes Solem adeo lucidum, illum nihilominus agnoscere nequiverunt: imo tantum splendorem qui ex diuinis hisce oculis relucebat, sustinere non valentes, ne ipsi videndi actu priuarentur, Christum eo spoliarent: non intelligentes, multò maius malum esse, ipsos non videri à Christo, quam ipsos Christum non videre.

Cæcitas Iudeorum in Christo non agnoscendo.

Hinc intellige verissimù esse, quod SS. Patres affirmant; *DEVM* neminem deserere, nisi primum à nobis desertus fuerit. Nam ut hic vides, Christus non claudit

dit oculos suos, ne homines hosce sceleratos intueatur, sed ipsi sibi metipsis hoc melum machinantur: ipsi se ipsos hoc bono spoliant.

AT tu, anima fidelis, electa, atque dilecta à Domino, visita paulisper DEVM tuum in medio tortorum facie velata, & spum defædata sedentem; roga illum vt detegat faciem illam, quæ te gloria & dulcedine impleat. Deinde ad cælum conuersa, exclama. O magnitudinem amoris Christi sancti Seraphin, qui ante conspectum Domini faciebus ob reuerentiam velatis confisistis, remouete nunc vela veltra, quoniam DEI filius facie velata vobis aspiciendus proponitur.

Cæterum caue, fidelis anima, ne & Christo faciem obuelas: nam peccata, vanitates, superflui ornatus, obstinatio, & incertitas tua, non aliter ac velum aliquod, inter te & DEVM se interponunt. Assumptus Christus in se scelera nostra, & hoc est velum, quod faciem eius operit: at tu per penitentiam illud remouere contende.

VIII.

Octava iniuria fuit Christi colaphizatio. Math. 26.

OCTAVA iniuria, fuit colaphizatio illud. Et *palmas in faciem eius dederunt* colli quoque percussio, quemadmodum fit stultis & stupidis hominibus, quorum nulla habetur æstimatio: id enim factum Doctoribus affirmantibus innuere videtur.

tur verba illa. *Et colaphis eum cadebant.* Quæ ^{Ibid.} iniuriæ adeo atroces & acerbæ fuerunt, vt earum grauitas verbis nequeat explicari. Quo enim potuit magis procedere cæcitas & malitia hominum, quam ad colaphis cædendam summa cum ignominia DEI faciem? & quod homines abiectissimi, contumeliosis verbis atque ludibrijs cum deriderent, in cuius præsentia altissimæ cæli columnæ contremiscunt? Et nihilo secius DEVS pro te, ingenti cum amore, omnia hæc patienter tolerat.

CONSIDERA quam benè prophetauerit Ieremias, cum ait. *Dabit percutiētis se maxillam.* Quo in loco non tantum prædixit ipsum factum, sed etiam quam iniuriosum & contumeliosum esset, quando subiūgit.

Prophetiæ de Christi alapis. Iob. 3.

Et saturabitur opprobrijs. id est, immanes hæc percussiones erunt saturatio quædam iniuriarum & opprobriorum, cum alapæ istæ sint præter modum ignominiosæ. Idem quoque significatur apertè à B. Iob his verbis quæ dixit in persona Christi. *Apertu percu-*

Iob 16.

ruerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meam.

Christi facies arundine percussa fuit.

Porro cum ministris ferocissimis non viderentur manus sufficientes esse, ad diuinam Redemptoris faciem cædendam, & contundendam, adhibuerunt in maiore illius ignominiam arundines. Quod tor-

Aa men-

In Matt.

mentum quam non modò dolorificum, verumetiam contumeliosum fuerit, declarat S. Hieronymus his verbis. *An non contumelia Trinitatis est, quando in virga & timore percussere Romani, caput iudicis, dicentem Prophetiz a nobis Christe, quis est qui te pro-*

IX.

Nona iniuria, barbæ euulsio. Isai. 50.

CONSIDERA quoque, quid de his iniurijs & contumelijs prædixerit Isaias Propheta dicens: *Corpus meum dedi percussibus, & genas meas vellentibus.* Quibus verbis Propheta aliam iniuriam grauissimam Euangelistis silentio inuolutam innouidetur: nimirum pilorum barbæ euulsionem: nam verisimile est sceleratos illorum ministros, passionibus iræ & odij, quibus Christum ferebantur, excæcatos, præter alias iniurias & cõtemptus, quibus eum deuexarunt, etiã sacratissimos barbæ ipsius pilos euulsisse, iuxta illud Isaiæ. *Genas meas dedi vellentibus.*

Quam contumeliosa sit barbæ euulsio. 2. Reg. 2.

Quam verò contumeliosa fuerit barbæ euulsio, colligi potest ex eo, quod in lib. Reg. legim⁹ de Legatis Davidis Regis quorũ barba ad medietatẽ rasa fuit: de quibus dicit scriptura. *Erant cõfusi, turpiter uide. Eandemque iniuriã affirmat, ad eam contumeliosam à Dauide fuisse reputatam, propter illam Ammonitis bellum intravit, & magna eos clade affecerit.*

Potest quoque ignominie huius turpitudinis

tudo conijci ex æstimatione, qua Clemēs Alexandrinus scribit barbam à DEO æstimatam fuisse. *Tanti enim, illo dicente, fecit DEVS hos pilos, vt eos cum prudentia simul adesse hominibus iubeat. ideoque subiungit. Ne fas est barbam vellere, quia est pulchritudo ingēnita, pulchritudo generosa, & ingenua.*

Quanti æstimer DEVS barbā & capillos hominis.
2. Pedag. cap. 3.

Neque immeritò considerari debet iniuria hæc Christo facta, tanquam grauissima: si enim ille tanti æstimat minimum capillum electorum suorum, vt dixerit: *Omnēs capilli capitis vestri numerati sunt.* Et rursum. *Capillus de capite vestro non peribit:* quanti æstimari debent pili capitis & barbæ Christi veri DEI filij? Quamobre atrocissima fuit hæc iniuria, qua illū sacrilegi Iudæi affecerūt, eius pilos euellēdo, conculcādo & dispergendo tanta cum ignominia & contēptu, quasi nullius momenti forēt.

Matt. 10.
Luc. 21.

CONSIDERA ad extremū alias quoque iniurias & cōtumelias Christo ibidem irrogatas, atque ab Euangelista in verbis illis indefinitis significatas, cum ait: *Et viri, qui tenebant eum, illudebant ei, & alia multa blasphemantes dicebant in eum.* Intuere hic quomodo infinita Christi bonitas, vndique circumdata & cincta fuerit à satellitibus & tortoribus. non aliter atque ciuitas ab hostibus diu circumfessa, quam cum milites cœperint, ac irruperint,

X.
Decima iniuria.
Luc. 12.

vnus destruit, alter incendit: hic praedatur, ille trucidat, alius hoc, alius illud malum perpetrat: ita etiam hic Christo in faciem execrat, ille colapho impingit; hic barbam vellit, ille faciem velat: hic verbere mulctat, alius blasphemat, alius alio eum contemptu accit.

Thren. 3.

Patet igitur in eo sic deriso adimple fuisse illud Ieremiae dicentis. *Factus sum derisum omni populo meo, canticum eorum in saecula saeculorum.*

Ultio diuina in Iudaeos.

Ex altera vero parte perpende, quam admodum scelerati Iudaei nullam videretur praetermisisse iniuriam, qua Christum non affecerunt; ita quoque in huius sceleris vindictam, videri nullum esse contemptum, & ludibrium, quod Iudaeis ab omni populo & natione non fuerit irrogatum, ut propterea verificatum esse videamus.

Psal. 78.

quod in persona illorum Psalmista dicitur. *Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.*

Ierem. 24.

Et quod illis DEVS per Ieremiam comminatur dicens: *Dabo vos in vexationem, & in derisionemque omnibus regnis terra, in opprobrium, & in parabolam, & in prouerbum, & in maledictionem in vniuersis locis ad quae euehietis.*

Idcirco, quem admodum ipsi Christo

ciem velarunt; ita hoc tempore, quo vni-
 uersus penè terrarum orbis veritatem co-
 gnoscit, illi manent in tenebris errorum
 suorum excæcati, sicut Dauid prædixit,
 quando in persona Christi de iniurijs ab
 ingrata hac gente acceptis conqueritur,
 & ultionem exposcit dicens: *Obscu- Psal. 68.*
rentur oculi eorum ne videant, & dorsum
eorum semper incurua: neque id iniuria:
 quia enim veram lucem agnoscere nolue-
 runt, iusti eadem luce priuari commer-
 ti sunt: Ipsi Christum Regem cœlestem
 & DEVM verum suscipere nolue-
 runt, metuentes, ne terrenum regnum
 amitterent: & DEVS regnum illis ade-
 mit.

Ipsi pretiosos pilos barbæ & capitis
 Christi euellentes, in ventum disperse-
 runt; & DEVS facit, quod vagabundi, &
 instar pulueris à vento disiecti, per vni-
 uersum mundum sine capite oberrent:
 iuxta illud Psalmi. *Tanquam puluis, quem Psalm. 1.*
projicit ventus à facie terra. Ipsi denique
 Christi prophetias irriserunt dicentes.
Prophetiza quis est qui te percussit? DEVS
prophetis illos spoliavit, vt rectè notat O-
rienes dicens. Propter quod receperunt ala-
ternam, & ab omni prophetia priuati
percussi, & castigati. *Origenes.*

Discite hinc, Christiane Lector, timere
 iniu-

Christi of-
fensa maxi-
moperè est
formidāda.

iniurias, quibus Christum sceleribus
afficis : Nam si Christus dum degeret in
carne passibili ac mortali, tantum ex ipso
cepit animi dolorem, vt, præter poenam
altera vita constitutas, voluerit etiam
hac vita tanta cum seueritate in Iudæos,
quibus illas accepit, animaduertere: cog-
ta quid modò facturū sit in carne impo-
sibili & gloriosa.

Hæ atque aliæ animaduersiones in po-
pulum hunc ingratum ostendunt, mag-
tudinem & atrocitatem iniuriarum, quæ
Iudæi Christo intulerunt : & quantopere
illæ DEO displicuerint: quas tu fidelis ani-
ma, pio cum affectu contempleris: vt te
efficacius Domino tuo compati valeas.

*DE INIURIIS ET CONTU-
melijs quæ Christus in domo Pilati, He-
rodus, & alijs in locis vsq; ad spiri-
tus in Cruce emissionem
sustinuit.*

CAPVT IV.

POSTEA QVAM Caiphas Pontifex, &
impium illud conciliabulū, conde-
fissent, Christum neci tradendum esse
deduxerunt illum truculenti satellites con-
cilio iubente ad Pilatum Iudææ præsidem
vrb

vt ab illo sententia mortis in eum pronũ-
ciaretur. Quamobrem hoc capite breuiter
declarendæ nobis erunt aliæ iniuriæ & cõ-
tumeliæ, quas Christus ab his iudicibus, &
hostibus atque aduersarijs suis per-
pessus fuit: quæ tales fuerunt, vt
non modò attenta consideratione, ve-
rumetiam intima compassione dignæ
sint.

PRIMO igitur considera: quomodo
Saluator mundi à foro Ecclesiastico ad se-
cularem, id est ad tribunal Pilati ductus
fuerit: vbi etiam perpende, quomodo ad-
uersarij eius nouas accusationes & calum-
nias inuenire contenderint, quibus glo-
riam & innocentiam Christi, quoad fieri
posset, obfuscarent. Intuere, quantoperè
Christus hic in honore offendatur: *primo*
quia scelerati ludæi nefas ducunt
ingredi prætorium (locum videlicet in
quo criminales causæ cognoscebantur)
ne contaminarentur: & parui pendunt, at-
que pro nihilo habent, Christo innocen-
tissimo necem machinari, illiusque san-
guinem fundere.

Secundò, quia interrogati à Pilato, qua-
les aduersus Christũ accusationes profer-
rẽt, respõderunt: *Nisi hic esset malefactor nõ*
tibi tradidissimus eũ. quasi dicere voluissẽt.
Putasne õ Pilate, nos q sumus Sacerdotes, &

1.
Prima iniuria Christo
illata in
domo Pila-
ti.

2.
Secundã ini-
iuria.
Ioan. 18.

prudētissima consilij pars hunc ad tribunal tuum, adducturos fuisse, vt pro honoribus in illum animaduertes, nififet homo sceleratus, & plurimorum criminum reus: magnā certē prudentiē & sinceritati nostræ infers iniuriā, sinistrē suspicādo de nobis, quoniā lege veræ prudentiæ, obligatus es personis, veram sanctitatem publicē profitentibus, fidem adhibere.

3.
Tertia iniuria.

De falsis Christi accusationibus.

LUC 23.

Matt. 23.

Matt. 22.

Tertio, quia, vt malitiam suam melius tegerent, & Præsidentem eò efficacius ad condemnationem permouerent, Christum magis infamarent, de tribus illum criminibus falsò accusarunt, dicentes. *Hunc inimicus subuertentem gentem nostram: & prohibentem tributa dari Cæsari; & dicentem Christum Regem esse.*

Tribus hisce accusationibus voluerunt mendaces & improbi Iudæi malitiosè infamare, & obscurare summam probitatem & innocētiam Christi: quamuis probè nouissent, illum nō venisse vt dissensiones in populo excitaret, sed colligeret, atque in tuto collocaret, oves suas dispersas & errantes, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas: nouerant præterea illum non venisse, vt tributa Cæsari dari prohiberet, qui iusserat ea quæ Cæsaris sunt Cæsari tribui, &

& quæ DEI, DEO: nouerant denique illum non venisse vt regnum ipsis adimeret, & dominaretur, qui proprium regnum reliquerat, & formam serui assumpserat, vt homines Reges & regni cælestis hæredes efficeret: & tamen de omnibus his malitiosè illum accusant, vt famam illius denigrent, & Pilatum ad damnationis sententiam in eum ferendam permoueant.

SECUNDO considera contemptum & iniurias Christo apud Herodem, ad quem Pilatus cum intellexisset Galilæum esse, illum miserat, irrogatas: nam scelerati Iudei, cum viderent se nihil à Pilato impetrare potuisse, atque ab illo causam Christi ad Herodis iudicium reiectam fuisse, in furorem ac rabiem versi, eò etiam accesserunt, vt de ijsdem criminibus apud Herodem illum accusarent iuxta illud. *Stabant Principes Sacerdotum & Scribae, Luc. 23. constanter accusantes eum.*

ASPICE quantoperè exultet Herodes de Christi præsentia, non ex deuotione, sed mera curiositate: desiderabat enim videre inusitatum aliquid & prodigiosum ab eo perpetrari: atque hunc in finem varias ei proposuit interrogationes: at Christus magna cum prudentia, tacendo vnam illius curiositatem reprehendit. Tacuit præterea, nec ad vllam interrogationem

II.
Quarta iniuria.

Latitia Herodis ex Christi aspectu.

Cur Christus Herodi ad interrogata non responderit.



Ioan. 1.

nem respondit, vt nonnulli aiunt, quia Herodes vocem eius sustulerat, quando Ioannem Baptistam, qui erat: *Vox clammantis in deserto*, decollauit. Alij affirmant Christum idcirco tacuisse, nec respondere, aut miraculum aliquod edere voluisse, vt nobis daret intelligere, homines carnes, incæstuosos, homicidas, & his similes, non esse dignos contemplari & intelligere res diuinas, imo nec capere posse: iuxta illud Apostoli: *Animalis homo non percipit quæ sunt spiritus DEI.*

1. Cor. 2.

Christus ab Herode spernitur.

CONSIDERA posthæc, quomodo propter sacrum hoc Christi silentium, impius & superbus Rex gaudio in maiorem indignationem commutato, Christum summam & infinitam æterni Patris sapientiam stultitiam reputauerit, atque vt stultum tractauerit, & omnibus aulicis suis deridendum proposuerit, ac demum multis iniurijs & ludibrijs oneratum, veste alba, quæ stultorum propria erat, indutum, ad Pilatum remiserit. *Spreuit autem Herodes illum cum exercitu suo, & illi induit vestem alba, & remisit ad Pilatum.* O quam frequenter Dominus irridatur, contemnitur ac proculcatur in similibus Principum aulicis, partim ab ipsis Principibus præceptis & consilia eius paruipendentibus, & partem fidelium perturbantibus: partim ab illo-

Luc. 23.

illorum aulicis, qui vt inordinatis cupiditatibus suis satisfaciant, & Dominis suis nō displiceant, nihili æstimant Christum, quemadmodum Herodis quoque aulici fecerunt.

INTVERE quomodo CHRISTVS non molestè ferat, se derideri, sperni, ac reprobari ab Herode: vt nos sua reprobatione liberaremur. Nec etiam ægrè tulit se ab hominibus in terra contemptui haberi, qui in cœlis ab Angelis colitur ac honoratur: vt nos intelligeremus, veram gloriam non consistere in eo, quod magni æstimemur, & honore afficiamur ab hominibus, sed in vero contemptu nostri ipsorum & omnium rerum terrenarum: nam hunc CHRISTVS amplexus est, & illius viuum nobis reliquit exemplum, vt illud sequeremur, & imitatione exprimeremus.

AD extremum considera & consolares fidelis anima, quia Herodes Christum deridendo, & alba veste indutum ad Pilatum remittendo, multorum extitit causa bonorum: quoniam cum prius essent inimici, ipso die amici effecti sunt. Hæc autem pax & amicitia, non tantum vti sanctus Ambrosius vult, fuit figura illius pacis quæ futura erat inter fideles, qui

Christus pacem mundi attulit.

qui ex gentilitate & Iudaismo ad veram Christi fidem traducendi erant: verum etiam, vt alij sancti Patres affirmant, illius amicitia figura extitit, quæ per Passionem Christi inter DEVM & hominem constituta fuit. Hinc sanctus Cyrillus Hierosolymitanus ait: *Decebat enim eum, qui mundum erat pacificaturus, vt prius etiam ipsos Iudæos pacificaret, & erat ipse Dominus componens corda principum terra.*

Cur Christus
alba veste
indui vo-
luerit.

In Luc. cap.
13.

Effecit quoque Christus, vt alba vestis nostrorum peccatorum turpitudinem cõtegeret, & ipsorum etiam aduersariorum testimonio, Christi innocentiam & nobilitatem demonstraret. Vnde sanctus Ambrosius, *Non otiosum, inquit, quod veste alba induitur ab Herode, immaculata tribunus iudicia Passionis: quod Agnus DEI sine macula, cui gloria peccata mundi susciperet.*

In epistol.
cap. 2.

Vestis albæ apud veteres, proprius vsus erat in diebus solennibus, & simul erat nobilitatis indicium: iuxta illud Iacobi Apostoli: *Si introierit in conuentum vestrum vir aureum anulum habens in veste candida.* Solebant quoque veste hac, apud Romanos vti, qui dignitatem aliquam petebant, id eoque appellabantur candidati.

Vestis alba
Christi fuit
indicium
nobilitatis

CONSIDERA igitur Christum alba veste indutum, Candidato similem apparere: vt nobis demonstraret, non tantum nobi-

nobilitatem, & maiestatem, solemnitatem & gaudij quod Christus ex morte sua concipiebat. & gaudium suum totum in opprobrijs & morte consistere: verumetiam per hanc mortem se consecuturum esse supremam illam dignitatem, qua exaltandus erat super omnes creaturas: de qua Apostolus ait.

Propter quod DEVS exaltauit eum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, & cetera. Phil. 2.

Porrò quemadmodum Christus in monte Thabor transfiguratus apparuit vestimentis niue candidioribus, & facie instar solis resplendentis; ita hic quoque transfiguratus apparet, similibus vestimentis indutus, vt suam demonstraret puritatem: at facie multum dissimili, vtpote prorsus deformata, & mœstitiæ ac sordium plena.

Ibi inter discipulos erat: hic in manibus crudelissimorum carnificum. Ibi in medio Moyse & Helix: hic inter Herodem & Pilatum. Ibi sermo erat de excessu Passionis eius: hic reuera excessus ille adimpletus fuit, condemnatione illius ad mortem: ibi audita fuit vox Patris dicentis. *Hic Ibidem.*

est filius meus dilectus: hic voces populi vociferantis: *Tolle, tolle, crucifige eum.*

TERTIO expende tecum, quam grauis & acerba fuerit contumelia atque iniuria Christo illata, quando publica totius populi voce deterior, nocentior, ac morte dignior, Barrabæ latroni, homicidæ, feditioso,

III.
Quinta iniuria, quod Barrabas Christo prælatu fuerit.

tioso, & hominum illius temporis facinorosissimo fuit postpositus, vt deterior, nocentior, ac morte dignior iudicatus. Con-
 fueuerat Pilatus solenni Paschatis die, Iudaico populo vinctum vnum, quem veluissent, in memoriam liberationis eisdem populi Israelitici ex Aegypto donare: quapropter cum cerneret se per viam iustitię Christum liberare non posse, cumque sæpius innocentia illius testimonium perhibuisset, & ne Herodem quidem in eo aliquid morte dignum reperisse animaduertisset, tentauit eum hac ratione, id est, per viam gratiæ liberare. Posuit ergo in Iudæorum arbitrio, vt vnum è duobus, vel Christum, vel Barrabam, cui vita conseruaretur, postularent: at omnes vno ore flagitare cœperunt, vt Christus auctor vitæ & mortuorum resuscitator, è medio tolleretur: Barrabas verò viuorum interemptor dimitteretur. Quod scelus quodam in loco sanctus Petrus improperat eis dicens. *Vos sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis, auctorem verò vitæ interfecistis.*

Mat. 3.

Qua in re considera iniuriæ Christo irrogatæ magnitudinem, & ingentem sceleratorum Iudæorum cæcitatem, qui tot beneficiorum à Christo acceptorum oblitum homicidam potius quam vitæ auctorem elegerunt.

elegerunt. Quæ iniuria fuit grauissima: nulquam enim legimus propter odium & contemptum alicuius, homines bonum exhorruisse, malum verò amplexatos fuisse: vitam odiuisse, & mortem inquisiuisse, manifestè igitur hoc facto demonstrant, de ipsis intelligendum esse quod Michæas Propheta, secundum Ruperti Abbatis interpretationem ait. *Nunc vastaberis filia Latronis*: dum enim latronem liberant, ostendunt se esse filios latronum, & gentem latrocinia amantem, omne verò bonum detestantem.

QVARTO reuolue tecum innumerabiles iniurias, & contumelias, quas Christus in domo Pilati sustinuit, quando flagellis cæsus, spinis coronatus, arūdine percussus, ac multis alijs modis irrisus fuit. Quæ irrisiones & iniuriæ, quamuis ei non videantur fuisse irrogatæ ex Pilati iussione (si flagellationem excipias) attamen fuit ibi quædam permissio vti S. Leo Papa aduertit, dicens: *Pilatus IESVM multis deonestari ludibrijs, & immodicis permisit iniurijs.* Cæterum circa hæc tormenta, nos relictis doloribus incredilibus, quos Christus Seruator inter ludibria tolerauit, eò quod de illis in superioribus cõsiderationibus à nobis actū fuerit: hoc loco iniurias tantummodo inauditas, nõ modò verborum contumelios-

IV.

Sexta iniuria.

De Pass. Domini. serm. 10.

meliosorum ac blasphemorum, verumetiam factorum quæ illis coniunctæ erant, considerabimus.

INTVERE igitur quam ignominiosum fuerit Regiæ Christi maiestati, quærat Rex totius vniuersi, & Dominus omnium huius mundi Dominorum, de quo in Apocalypsi scriptum est. *Et habet in vestimento, & in femore suo scriptum: Rex regum, & Dominus Dominantium.* In cuius etiam persona dicit Psalmista. *Constituimus Rex ab eo, super Sion montem sanctum eius.* non modò flagellis cædi, instar vilissimi alicuius mancipij, & more hominum facinorosorum ad mortem condemnatorum verumetiam spinis coronari, Rex salutatus in throno collocari, instrumentis regni & monarchiæ, purpura videlicet imperatoria, sceptro & corona adornari: atque hæc omnia per ludibrium; vt maiori contumelia & dedecore illum efficerent; adiunctis percussioibus & sputis sine numero.

Hæc autem contumelia, sub specie honoris, Christo irrogata fuit: quod contumeliæ genus cunctis alijs horribilius est. Vt propterea sanctus Chrysostomus, quæ Christo in his ludibrijs facta fuerunt, affirmet vltimum terminum esse, ad quem pertingere poterant. *Quod fiebat, inquit,*

Apoc. 19.

Psalm. 2.

Macer. l. seruatorum ff. de panis.

Magna fuit contumelia quæ Christus per ludibrium Rex salutatus fuit.

Hom 83. in Matth.

quit, in Christo, vltimus contumelia terminus erat. De eadem iniuria sanctus Anselmus hæc scribit. Regali purpura induitur, In spec. cap. 52. sed plus in ea despicitur, quam honoratur: sceptrum in manu gestat, sed eo ipso reuerendum caput feritur: adorant coram ipso genibus flexis in terra, & Regem conclamant, & continuò ad conspuendas amabiles genas eius subsiliunt: maxillas palmis concutiunt, & honorabilem collum exhonorant. Idem Comment. in Ioan. ludibrium ab Hugone Cardinale animaduersum fuit, quando ait. *Illuserunt IESVM in corona, in purpura. & in scepro.*

CONSIDERA tale fuisse hoc ludibrium, & tali cum ignominie excessu, vt nec perfici, nec inueniri potuerit sine maligni spiritus suggestione atque consilio: qui similiter solet irridere in inferno animas eorum, qui in hoc mundo potentes & honorum cupidi extiterunt, quas sub honoris specie deridet ac cruciat: in sede ignea illas collocans, horrendis serpentibus coronans, alijsque multis modis ludibrio habent. Christi coronatio fuit demonis iruentum.

INTVERE igitur quomodo diabolus, vt odium suum immanissimum aduersus Christum satiaret, ex inferno nouam hanc illudendi & torquendi formam protulerit, quo illum non modò ingenti contumelia afficeret, sed etiam acerbissimè cruciaret.

Bb ciaret.

ciaret. Quapropter anima fidelis, venit & contemplare Dominum tuum, hac corona insigniter ludibrio habitum, & competere ei ex intimis medullis cordis tui, pitemque aliquam in his contumelijs & implicijs habere cõtende. Veruntamen quoniam id humanas vires superat, inuitamur ab illo vt nosmetipsos primum egredimur, cùm ait. *Egredimini & videte filia*

Cant. 3.

regem Salomonem, in diademate, quo coronauit illum mater sua, in die desponsationis illius & in die letitia cordis eius. Quibus verbis inuitat nos Christus, vt egrediamur extra nos supra nos ipsos, & vires nostras naturales vt intueamur impropria spine coronationis suæ, quasi esset pompa quadam festi lennis, & lætitiã nuptialis. O amoris Christi magnitudinem. Spinas & opprobria reputabat lætitiã nuptialẽ propter gloriam & gaudium inæstimabile, quod allacurarent omnibus electis. Videtur ergo hic verificatũ fuisse illud Isaiæ. *In die illa erit Dominus exercitũ, id est Messias, (sic enim intelligit Paraphrastes) coronatus gloria & seruitutis, residuo populi sui.* Dicit coronatus gloria, quia Christus est flos suauissimus, quo DEVS gloriosè exornat & coronat peccatores atq; victores suos. Et quamuis Christus omni tempore fuerit flos incredibilis pulchritudinis ac fragrantia, multò tamen

Christus est iustus coronatus lætitiã.

Isai. 28.

Cant. 2.

Christus in Passione sua spirat odorem salutis.

specie
& n
qua
con
Sic
sua
uul
ribu
sus e
ciosi
ficiu
C
posi
con
in c
mee
ab i
near
ctus
tans
dice
rit e
blic
taqu
ret
mic
ran
mal
con
cife
specie

speciosiorē se ostendit tempore Passionis:
 & multò fragrantiorē spiravit odorem,
 quando inter spinas conculcatus, & multis
 contumelijs oneratus à Iudæis, apparuit:
Sicut enim, Ambrosio dicente, flos odorē suū
succisus reservat, & contritus accumulatur, nec a-
uulsus amittit: ita & Dominus IESVS in illo pa-
tibulo Crucis nec contritus emarcuit, nec auul-
sus evanuit, sed illa lanceapūctione succisus, spe-
ciosior fusi cruoris colore vernavit, mori ipse ne-
scius, & mortuis aterna vita munus exhalans.

Lib. 2. de Spiritu S. c. 5.

QUINTO considera: quomodo Christus
 posteaquam varijs modis illusus, multisq;
 contumelijs affectus fuisset, à Pilato quoq;
 in cōspectu & pręsentia totius populi, non
 mediocri ignominia notatus fuerit. Nam
 ab illo productus fuit foras, coronam spi-
 neam capite gestans: veste purpurea ami-
 ctus, manibus colligatis, arundinem por-
 tans: sicq;e populo demonstratus, à Pilato
 dicente. *Ecce homo.* Perpende quantum fue-
 rit dedecus, quod Christus accepit ex pu-
 blico hoc spectaculo adeo miserabili: quā-
 taque confusio & verecundia, cū cerne-
 ret se tam vilem & abiectum coram ini-
 micis suis, qui eum acerbè ac penitus ode-
 rant, consistere: illosq; viso illo in lachry-
 mabili hac specie, non modo nullam ei
 compassionem exhibere, sed etiam vo-
 ciferari: *Tolle, tolle, crucifige eum: quin &*

V.
 Septima iniuria, quę fuit Christi in cōspectu populi productio.

Ioan. 19.

Luc. 23.

Ioan. 19.

Bb 2 nega-

negare illum Regem suum esse, cum dicitur: *Non habemus Regem nisi Casarem.* Quia in re verificatum fuit illud Regij prophetae, *Mendaces filij hominum in stateris,* id est in meritis ac demeritis vniuscuiusque ponderandis. Quandoquidem spinis eorum coronarunt, qui gloria vestiri merebatur pro Rege illum sibi delegerunt, qui in perpetua seruitute viuere dignus erat. Vt confideti in hominibus, qui in iudicijs suis vehementer falluntur, & omnia perperam dicant, quemadmodum ex hoc facto patet.

Psalm. 61.

Cur Christus voluerit populo demonstrari.

I.
Ut Iudaeos ad poenitentiam reduceret.

ADVERTE hic ingentem Christi bonitatem, qui quamvis probe nosset, odium Iudeorum adeo esse implacabile, ut nec hisce opprobrijs & tormentis crudelissimis, ac te diabolica ex profundo Infernalis abyssi petitis, mitigaretur, sed in maiorem etiam rabiem verterentur, & vehementius accenderentur, ad desiderandam omnimodam illius a medio sublationem & eradicationem: nihilominus intermittere noluit, spectaculum hoc illis proponere & exhibere priusquam moreretur; ut hac, poenarum & opprobriorum suorum demonstratione, cum silentio & mansuetudine mirabili coniuncta, nullam omnino viam & rationem, quantum in se esset, intentatam relinqueret, quo illos ad poenitentiam induceret.

Voluit

CONSIDERATIO IV. 385

Voluit præterea Christus spectaculo hoc obstinatorum & sceleratorum hominum corda emollire, vt cognita peccatorum suorum grauitate, quibus tantorum malorum & ignominiarum causa adscribenda foret, conuerterentur & ad se redirent: inuitat autem omnes ad cõtemplandum hoc spectaculum, quod solenni pompa eis intuendum proponit, illis Hieremiæ verbis.

Ovos amnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor, sicut dolor meus.

Voluit quoque Saluator hac exhibitione suorum tormentorum, instituire comparationem quandam sui amoris, & odij Iudeorum: ac demonstrare, amorem suum infinitis partibus, odium illorum vincere, tantoque maiorem in corde suo amoris flammam succendi, quantò vehementiori ab illis odio prosequeretur: & cum toto corpore faucius, similis esset succensæ fornaci, se ex totidem foraminibus, quot essent vulnera, amoris sui ignem eiaculari.

S E X T O reuolue tecum, iniurias acerbissimas Christo irrogatas à Pilato, quando ab eo ad mortem Crucis ignominiosissimam condemnatus fuit: quæ sententia, tantò fuit iniuriosior, quantò iniustior, & facta sine vllis iustitiæ terminis.

Solebant ijs temporibus, vt sanctus Basilius

2.

Vt peccatorum corda emolliret.

3.

Vt amoris sui magnitudinẽ demonstraret.

VI.

Octaua iniuria quæ fuit, iniusta ad mortem condemnatio.

Epist. 37.

Bb 3 lius

Mos veterū
Iudiciorum
criminaliū.

lius refert, Iudicia criminalia ac diligenti cum discussione & examinatione fieri ac propterea Iudices retrò cortinas quædam abscondebantur, ne in faciem alicuius aspicerent: ibique cum sapientibus viris assidentibus, longo tempore distabantur, partim in consideratione rigoris legis, partim expendendo se reo in natura similes esse, partim in deploranda iudicandi necessitate: at in hoc iudicio CHRISTVS adeo vilis, & nihil homuncio æstimatus fuit, quasi esset et infima sæce plebis, iuxta illud Psalmistæ. *Opprobrium hominum & abiectio plebis.* ac proinde in iudicio illius, nihil horum obseruatum, nec vlla ratio habita fuit. Reddiderunt quoque grauiorem hanc Pilati iniustitiam, & ex consequenti Christo iniuriosorem nonnullæ circumstantiæ.

Psalm. 21.
Pilatus Christi
condemnando mag-
nā ei irrogauit iniu-
riā propter
multas circumstantias.

I.
Propter
Christi innocen-
tiam.

Quarum *prima fuit*: quod Iudex probe exploratam haberet Christi innocentiam, illamque publicè confessus non semel fuisset: nam idcirco in ipso condemnationis & sententiæ ferendæ actu manus lauit, ac protestatus est, CHRISTVM nulli culpæ affinem, nec vllam causam esse, propter quam morte afficiendus videatur, & nihilominus mortis in illum sententiam dicat. Vnde san-
ctus

Actus Leo Papa rectè ait: *Nec purgant contaminatum animum manus lota, nec aspersis aqua digitis expiatur, quod famulante impie mente committitur.*

Serm. 8. de Pass.

Secunda circumstantia fuit, quod sententia hæc per vim & violentiam è manibus iudicis, vociferatione & clamoribus vniuersi populi extorta esset: ex quo considera, quam grauis fuerit iniuria hæc Christo illata, dum procederetur tanto cum furore aduersum personam tali sanctimonia & vitæ integritate conspicuam, quæ non tantum omnes, verumetiam singulos eorum innumeris beneficijs decorauerat.

2.

Propter violentiam iudici factam.

Tertia fuit, quod cum sententia condemnatiua ad mortem esset actus suprema iurisdictionis & monarchiæ: cumque ex altera parte Christus esset verus DEVS & supremus totius vniuersitatis iudex, & vitæ illius infiniti valoris; Pilatus vnà cum Iudæis sententiam mortis in summum hunc vniuersitatis Dominum, & in vitam eius dictando: sicut Euangelista testatur dicēs:

3.

Quod offensa fuisset per eam potestas Christi iudicialia.

Pilatus autem adiudicauit fieri petitionem eorum. offenderit Christum in re maximi, quam habebat, ponderis ac momenti; adeoque iniuria eum incredibili affecerit, quæ facilius in interiori mētis silentio ruminari ac ponderari potest, vt inde animus ad compassionem & cōfusionem per-

Luc. 23.

4.
Quia tradi-
dit eum in
manus ho-
stium.
Luc. 23.

Matth. 27.

Serm. 8. de
Pass.

5.
Quia suppli-
cij sui instru-
menta por-
tare coactus
fuit.

Tract. 117. in
Ioan.

mouentur, quam verbis explicari queat.

Quarta fuit: quod Pilatus eum tradidit in manus hostium, vt illi essent executores sententiæ, & facerent in eum quicquid ipsis collibitum foret: *IESVM VERO TRADIDIT VOLUNTATI EORUM.* Cùm igitur Pilatus probè cognitum haberet odium & malitiam Iudæorum, quantaque cupiditate tenerentur rabiem suam in Christi sanguine exsaturandi, iuxta illud. *Sanguis eius super nos, &c.* magna fuit iniuria quam Christo irrogauit, quod illum eorum potestate tradiderit, qui omnia quæcunque vellent ludibria & tormenta in eo experirentur, vt sanctus Leo Papa rectè notat: *Traditus est Dominus sciuentium voluntati ad irrisum.*

Quinta fuit: quod voluerit eum supplicij instrumenta proprijs humeris deferre: quod quamuis fieri consueuisset damnatis ad mortem, sicut diximus, cum de supplicij huius qualitate ageremus; propterea tamen non minoris fuit dedecoris & contumeliæ. Vnde sanctus Augustinus hanc iniuriam contemplans ait: *Ibat ad locum vbi fuerat crucifigendus, portans crucem suam IESVS. Grande spectaculum: sed si spectat impietas, grande ludibrium; si pietas, grande mysterium; si spectet impietas, grande ignominie documentum.*

si pi-

*fpietas, grande fidei munimentum. Si spectet impietas, ridet Regem, pro virga regni, lignum sui portare supplicij. Similiter S. LEO Papa demonstrat quantæ ignominia atque infamiae fuerit Christo, hæc Crucis suæ ba-
iulatio: dicens; Erat quidem apud impiorum oculos grande ludibrium. Et multò clarius S. Anselmus iniuriæ huius acerbitatem describit his verbis. Vide anima mea, quomodo per omnia vir iste coarctatur, & spernitur, sub cuius onere dorsum incuruare iubetur, & sui ipsius portare ignominiam.*

Serm. 8. de Pas.

In spec. c. 52.

Sexta circumstantia fuit, quod Crucis patibulo affixus, mortem oppetierit, quæ mors ex se erat istius temporis omnium turpissima & ignominiosissima. Vnde S. Augustinus affirmat, S. Paulum, non sine causa cum Christi obedientiam exaggerare vellet, coniunxisse illi mortem Crucis, quasi Christus ulterius progredi nequiuisset, quam ut se morti omnium contumeliosissimæ subijceret: ait enim. Nihil eo tempore fuit ignominiosius quam mors Crucis: non enim frustra commendans eius obedientiam Apostolus addidit. Factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Et S. Ioannes Chrysostomus eandem mortis huius ignominiam declarans ait: Non quavis mors est similis isti: ista namque omnium videbatur opprobriosa: ista plena dedecore: ista maledicta: ma-

6.
Quia mors illius, omnium fuit opprobriosa.

Serm. 18. de verb. Dom.

Homil. 7. in Epi. ad Phil.

Bb 5 ledi

390 DE PASS. HONOR. SALV.
ledictus enim, inquit, qui pendet in
igno.

Fuit igitur ex se acerba supra modum
hæc iniuria, & contumelia, quam tamen
adhuc maiorem atque acerbiorẽ reddi-
dit, crucifixio inter duos latrones, quæ
contumelia Iudæi dabant intelligere,
Christum Dominum, sicut latronum fo-
cius erat in pœna, ita quoque socium fuisse
in culpa: persuadebant quæ ut ab omnibus
homo facinorosus æstimaretur, qui pro-
pter scelera sua ad talem mortem con-
demnatus esset: iuxta Illud Isaïæ. *Et cum
sceleratis reputatus est*. putabant quoque
fore, ut nemo deinceps ei fidem habe-
ret, vel doctrinam eius anaplectero-
tur.

Isai. 53.

7.
Quia nudus
in Cruce pe-
pendit.

Catech. 17.

Septima circumstantia, quæ vehemen-
ter iniurias & contumelias Christi auxit,
hæc est, quod nudus in Cruce pependit:
ubi expende tecum, quantum dede-
coris & verecundiæ, attulerit virginæ
Saluatoris puritati, infamis hæc in con-
spectu & præsentia totius populi nudi-
tas: Imò tam horrendum fuit hoc impro-
perium, ut Sanctus Cyrillus Hierosoly-
mitanus affirmet, propterea solem Passio-
nis tempore obscuratum fuisse, quod hæc
Christi ignominiam sustinere nequiret.
Sol, inquit, *videns inhonoratum Domi-*
num,

num, tremens defecit, nec spectaculum ferre posuit.

Octava fuit temporis & loci in quo Christus crucifixus fuit, circumstantia: nam ut nihil deesset Cruci Christi, quo redderetur supra modum ignominiosa & infamis, collocarunt eam in loco eminenti & publico, idque in die solenni.

8.
Propter tē-
poris & loci
circumstan-
tiam.

INTVERE hīc pie Lector, quales iniurias & contumelias propterea Christus tuus sustinuerit: quia non tantum passus est hęc ludibria in ciuitate præcipua totius Iudææ, à qua ante sex dies summo cum gaudio atque triumpho exceptus fuerat: verumetiam in die solenni Paschæ, quo vniuersus Iudææ populus Hierosolymam conueniebat.

Fuit quoque crucifixus in meridie, ut omnes essent præsentēs: fuit exaltatus in Cruce, ut ab omnibus videretur: fuit constitutus in medio duorum latronum, ut ab omnibus caput latronum esse censeretur: fuit in publico iustitiæ loco passus, ut ab omnibus homo facinorosus putaretur: Denique vniuersa hęc in loco eminenti, id est, supra montem, sustinuit, ut totius mundi spectaculum fieret.

Nona fuit vestimentorum in sua præsentia inter milites partitio: quæ ad summam Christi contumeliam, Sancto Chry-
sosto-

9.
Quia mili-
tes vestimē-

ta eius inter
f. partiti
iunt.

Ioan. 19.

Matt. 27.

S. Chrys. in
cap. 27. Mat.

Psal. 21.

In Ioan. lib.

12. cap. 23.

sofotomo affirmante redundauit: verba ille
lius hæc sunt: *Diuiserunt sibi vestimenta eius:
id in eum agentes, quod de maximè vilibus ac
nullius pretij fontibus, neminemq; habetibus fieri
consuevit: atqui nec in latrones tale quid, sed in
Christum solummodo gesserunt.* Et S. Cyrillus
militum in hac diuisione proteruiam con-
siderans ait: *Milites cum risu & triumpho co-
ram matre, ad derisionem Christi vestimenta
partientes.*

Fuit præterea grauissima hæc iniuria,
quia quamuis vestimenta essent vilia, & ex-
xigui pretij, nihilominus tùm quia Chri-
stum tetigerat, tùm quia pretioso sangui-
ne illius resperfa & imbuta fuerant, fan-
ctissima & immensi valoris erant. At cum
sacrilegi milites adeo paruipenderent in-
gentem hunc thesaurum, non poterat non
magna id esse Christo contumelia; de qua,
vt de re vehementer iniuriosa per Dauidè
Prophetam conquæritur, dicens. *Diuiserunt
sibi vestimenta mea, & super vestem meam mi-
serunt sortem.* Passus est quoque Christus
vestimenta sua hoc pacto in quatuor par-
tes diuidi: vt significaret fidem suam in
quatuor mundi partes diffundendam ac
distribuendam esse: adeoque omnes po-
pulos per eandem fidem, sacrae Passionis
suae participes futuros, Christoque vesti-
dos esse. Tunicam verò inconsutilem, per
quam

Psal. 21.

Cur permi-
serit Chri-
stus vesti-
menta sua
diuidi.

quam signabatur Ecclesia, non permisit diuidi, vt indicaret, Ecclesie integritatem, quae in omnibus mundi partibus, atque in cunctis nationibus, vna & indiuisa futura erat: sicuti vnus DEVS est, qui ab omnibus colendus & adorandus esset.

Decima circumstantia fuit, aceti & fellis in summa siti potatio, idque per contemptum: Legimus quidem apud Marcum, Christo oblatum fuisse vinum myrrhatu, mox tamen subiungitur, quod noluerit bibere: aceti verò & fellis potum non respuit, sicut, Matthæus & Ioannes Euangelistæ affirmant. Quo in facto, Christus, summum & ardens patiendi desiderium demonstrauit. Vinum enim illud myrrhatum, non erat vinum fastidiosum, sed excellentissimum atque suauissimum, vt scribunt Plinius & Martialis: & appellabatur vinu myrrhatum, à vasis quibusdam myrrhinis, in quæ vinum calens infusum, optimum ex illis saporem, & odore vehementer roborantem attrahebat.

IO.
Quia in
Cruce felle
& aceto potatus fuit.
Marc. 15.

Matt. 27.
Ioan. 19.

Vinu myrrhatu quale fuxit.

Quanto desiderio patiendi Christus arserit.

Fuit, inquam, ingens in Christo patiendi desiderium, quod hoc facto demonstrauit, quia in extrema necessitate propter ardentissimam qua affligebatur, sitim, & propter summam totius corporis debilitatem constitutus, noluit admittere vinu myrrhatum, à quo restaurari & confortari ad do-

ad dolores sustinendos poterat: sed vni
amaro felle remixtum, cuius solus odor
nauseam prouocabat, assumpsit.

Cur Christi
vinum myr-
rhatum re-
futauerit, &
acetum ac
fel biberit.

1.

Isai. 63.

2.

Vbi considera, non sine ratione Chris-
stum bono vino refutato, prius admitti-
Primum, quia sicut nullū à Patre & amicis
voluit subsidium admittere: ita nec ab in-
micis: ne dici posset, ab illis eum adiutum
fuisse, sed de se solo illis Ieremiæ ver-
bis gloriari valeret. *Torcular calicem
solus.*

Deinde, vt demonstraret, quamuis ad-
derelictus & debilitatus foret, se nihilo-
minus multò plura pati cupere, quam ini-
mici à quibus cruciabatur, vellent: atque
hac in re perfectam de diabolo & he-
stium suorum odio victoriam reporte-
uit: quia cum illi omnes vires suas in
Christo cruciando consumpsissent, & om-
nem rabiem suam expleuissent, in peccati-
rum quot possent, diuersis generibus ex-
cogitandis & reperiendis, ad extremum
lassi iam & saturi manus dederunt, &
Christo confortationis aliquid, quod con-
demnatis ad mortem præberi solet, obtu-
lerunt, poculum videlicet, vini myrrhati
roborantis ac restaurantis.

II.

Quia multis
modis in
Cruce deri-

Vndecima & vltima circumstantia, quæ
Christi mortem supra modum iniurio-
sam & dedecorosam reddidit, fuerunt
blas-

CONSIDERATIO IV. 395

blasphemiarum, quas in eum iaciebant, & ludibria, quibus eum irridebant scelerati Iudæi, cum cernerent illum in Cruce tanto cum cruciatu & ignominia pendentem: Nonnulli enim *prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua & dicentes: Vah qui destruis templum DEI, & in triduo reedificas illud; salua te metipsum.* Alij improperabant ei dicentes: *Si filius DEI es, descende de cruce.* Alij cum Principibus sacerdotum, & scribis, & senioribus populi, miracula eius contemptui habentes, & deridentes dicebant, *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si Rex Israël est, descendat nunc de Cruce, & credimus ei. Confidit in DEO, liberet eum nunc, si vult: dixit enim, quia filius DEI sum.*

sus & blasphematus fuit.

Matth. 27.

CONSIDERA quantoperè Christus offensus, quamque insigni iniuria affectus fuerit à Iudæis, & Principibus sacerdotum, summa cum animi elatione ante Crucem obambulantibus, capita commouentibus, & multis modis deridentibus; qui cum nihil aliud haberent quod improperarent, exprobrabant ei beneficia ab illo accepta; & gaudebant de iniurijs, contumelijs, ac tormentis, quibus eum afficiebant.

Expende præterea, quantam afflictionem & pœ-

Acerbius
tolerantur
verborum
iniuriæ quæ
tormenta.

Origenes.

Iob. 19.

Quantoperè
affixerint
Christum,
iniuriæ &
irrisiones
Iudæorum.

Psal. 34.

& pœnam Christo attulerint, hæc blasphemiam & impropria: quoniam iniuriæ illis, qui in miseriam & calamitatem aliquam inciderunt, illatæ, intimius cor penetrant atque acerbius affligunt, quam ipsa calamitas. Quamobrem rectè ait Origenes sæpenumerò accidisse, vt *qui corporis cruciamenta tolerauit, non sit passus verba.*

Quod videmus in S. Iob, qui cum patenter tolerasset innumeras calamitates, in substantia, in filijs, & in corpore suo, non potuit tamen verba irrisoria amicorum suorum, sine acerbo dolore audire: nam idcirco ait: *Vsquequo affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus? en decies confudit me & non erubescit?*

Cogita ergo quanti cruciatus fuerint Christo, tot contumeliæ, blasphemiæ & irrisiones, eo præsertim tempore usurpatæ, quando sceleratissimis etiam hominibus signa humanitatis & compassionis exhiberi consueuerunt: quæ tamen illi exhibitæ non est: sed de suis tormentis ac doloribus magno cum ioco & ludibrijs derisus fuit, quemadmodum describit Regius propheta Dauid, his verbis in persona Christi prolatis. *Dilatauerunt super me os suum, dixerunt, euge euge viderunt oculi nostri, id est. Vehementer gauisi sunt, quod ad has angustias perductus essem: Huc quoque faciunt.*

SALV.
 a blasphem
 iniuria illis
 in aliquam
 penetrat
 in ipsa ca
 Origen
 corpora
 rba.
 cum patib
 itates, in
 re suo, non
 amicorum
 dire: man
 imam mi
 ies confu
 us fuerit
 emia dicit
 vsurpara
 omibus
 is exhibe
 i exhibi
 doloribus
 rificus fuit
 sprophe
 a Christi
 eum, dico
 i, id est
 has at
 oque fi
 ciunt.

CONSIDERATIO IV. 397

ciunt verba Hieremiæ dicentis. *Aperuerunt Thren. 2.*
super te os suum, omnes inimici tui, sibilauerunt & fremuerunt dentibus, & dixerunt denorabimus eum: en ista dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus: id est eousque illum tandem redegimus, vt illum veluti infamem & sceleratum Cruci affixum viderimus. Hæc de contumelijs, iniurijs, & ludibrijs, quæ Christus tempore passionis suæ tolerauit, mihi dicenda esse putauit: Cæterùm quamuis & alia multa sint, quæ partim ante Passionem, partim in passione, & post illam, Christus passus est, & omnibus horis, (vt nostro loquendi modo vtar) patitur à malis christianis, alijsque hostibus suis: attamen huius operis breuitas non sinit nos omnia pertractare: præsertim cum tempus sit, vt semel è doloribus hisce egressi, ad alia non minoris momenti in sacratissimo hoc mysterio ponderanda & examinanda transeamus.

Cc

CON-